

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Michael Watson Hermann Dralle

**Academica Exercitatio Continens De Demonstratione Scientifica, Officio  
Magistratus Civilis circa Sacra, Imaginationum Efficacia : Theses Probabiles Et  
Selectas Ex Analyt. Politica Et Sapientia Secunda**

Rostochi[i]: Richelius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730138534>

Druck Freier  Zugang



R N phil 1655

Michael Watson

Kermann Salter





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730138534/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730138534/phys_0002)



# ACADEMICA EXERCITATIO

Continens

De

Demonstratione Scientificâ,  
Officio Magistratûs Civilis circa Sacra,  
Imaginationum Efficacia.

## THESES PROBABLES

ET SELECTAS EX ANA-  
LTT. POLITICA ET SAPI-  
ENTIA SECUNDA.

*Pro quibus*

Favente DEO,

Suffragio Ampliss. Facult. Philosoph. Celeber-  
rime Rostoch. Universit.

PRÆSIDE

M. MICHAELE WATSONIO

Publicè disputabit

HERMANNUS DRALLIUS,

Utzâ Lunæb.

A. d. VIII. Septembris Anni 1655.

In Majori Acroaterio.

2 : 2

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr.

ACADEMIA ROSTENSIS

1700



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
rosdok/ppn730138534/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730138534/phys_0004)

DFG

C. D.  
THESES ANALYTICÆ  
De Demonstratione scientificâ.

§. I.

**D**uo sunt qvæ Hominum perfectionem & diversitatem indicant, qvando vel inter se, vel respectu reliquorum animalium comparantur; Oratio nempe & facultas deliberandi de singularibus negotiis civilibus, ac intelligendi universalia (vulgò Ratio). Ad qyamlibet orationem, lingvam & dialectum homo in matura ætate, disciplinæ capax, adhiberi potest; eademq; libertate præditus est in cognoscendo; dum non determinata qvædam singularia, sed multis modis varia etiam universalia percipit. §. Hinc Orationum & Scientiarum varietas; Qui intendit intellectum in res rerumq; causas, sibi Orationem & Scientiam demonstrativam comparat. Qui Opiniones aliorum probabiles lectatur, moribus & exemplis multum tribuit, Orationem & Scientiam Dialecticam excolit, aut Rhetorico Poëticove persuadendi genere nititur. Qui communes minusq; certas argutiationes & deceptorias opiniones amat, Sophisticam & merè Logicam Orationem, fucatamq; scientiam amplectitur. §. Qui oracula divina intuetur & ex iis doceri vult, et si paradoxa communis rerum serici videantur, is desuper ostensam & patefactam Orationem & Scientiam Theologicam, sine accurata demonstratione, percipit. Qui verò utile intendit, & pro vero id habet, qvod ad scopum est accommodatum, ut illud agat vel efficiat, is Orationem partim Dialecticam, partim Rhetoricam, reliquis orationum generibus præfert; & scientiam de prudentia practicam, aut scientiam de arte effectivam obtinet. Conf. l. 1. Rhet. c. 1. & 2. l. 1. Sopb. c. 2. Dn. M. Hart. Wichelm. p. m. diff. Rhet. th. 1. §. Patet autem qvod præsens de Demonstratione Tractatio, non sit Logica, sed ei potius opposita, si priscum vocab. usum attendamus l. 2. de gen. animal. c. 8. l. 8. Top. c. 12. l. 8. Ph. c. 12. neque Dialectica in specie A

Oratio &  
Ratio  
discernunt  
Homines.

2.  
Oratio &  
Scientia  
Demon-  
strativa ac  
Dialecti-  
ca.

3.  
Oratio &  
Sc. Theo-  
log. Præti-  
ca; Effe-  
ctiva.

4.  
De Demo-  
stratione  
non agit  
Logica  
aut Dia-  
lecticæ.

5.  
*Sed Analytica.*

specie dicta, hæc enim tantum endoxa proponit, hisq; præparat animum ad demonstrationem apodicticam. l. 8. Top. c. 11. §. Analytica vero ex instituto & meritò hanc doctrinam pertractat, præmissis iis, sine quibus explicari nequit, ut est doctrina de propositione & Syllogismo in genere. Per sufficiētem enim inductionem constat, qvod in principalissima Scientia, qualis inter Dialecticas est Analytica, declaretur. Objectum ejusq; principia generaliter, & simul optima objecti Species: ut in Politica, Respubl. in generè & unâ optimâ.

6.  
*Demōstra-*  
*tio quo-*  
*modo fiat.*

§. Est verò demonstratio s. Scientifica Oratio, Syllogismus, ex propositionibus per inductionem & accuratam experientiam manifestis; quæ sunt certissima principia & immediatae causæ, veritatis. §. Cum verò principia ista varient pro diversitate disciplinarum, non in omnibus eadem demonstrandi methodus postulanda, ubi verò dantur ejusmodi principia ibi demonstrationes fiunt, in quacunque disciplinia. Uti vero non omnia demonstrari possunt, ut sunt prima principia & singularia sensibilia: ita nec quævis argumentationes in scientiis, quæ sapè sophisticæ, pro demonstrationibus venditandæ l. 1. pr. c. 30. l. 4. Met. c. 6. Dantur quidem quatuor quæstiones cognoscendi causa propositæ, an sit, quid sit, quia & cur sit, sed ultima tantum per demonstrationem accuratam explicari potest; non qvod cœteræ evidenti probatione destituantur, sed qvod iis exactiora Analyticæ demonstrationis requisita applicari nequeant. §. An sint res novimus ex testimonio sensuum, si sint singulares sensibiles; circa propria enim & debite constituta objecta sensus non errant, de quo Renatus Cartes. Medit. 1. de Philos. dubitat, vide l. 4. Met. c. 5. Perperam verò sit, si ex imaginaria sensuum operatione, insensibilia probentur, prout Valer. Magnus, vacuum dari oculati demonstratione, in Fistula vitrea, probare satagit Anno 1648.

Quæstio  
cur sit tan-  
tum de-  
monstran-  
tur.

8.  
*An sint pro-*  
*batur sen-*  
*sus, indu-*  
*ctione, el-*  
*lencho.*

Vacuum  
non demō-  
stratur.

codem tempore à D. Job. Marcel. de arcu cœlesti p. 61. seq. refutatus. Si vero de universalibus quæritur an sint, opus est inductione singularium, aut Syllogismo elenchtico; sic dari Materiam primam, manifestum per rationes Aristotelis,

quæs-

qvas si attendissem, qvi eam amittentes  
dixerunt, n̄ illi se ipsos potius Chimæris similes & sensu hu- prima ve-  
mano destitutos intellexissent, nisi forte livor, & veteri Sa- rē datur.  
pientia detrahendi libido, hanc eis vocem expresserit; ut ta-  
les fatuitates objiciant huic Philosopho, qvā si sexcentesima  
ex parte recte objectæ sunt, nullus triobolaris bacularius fuit  
eo stupidior. *Vid. Scherb. adv. Ram. c. 12. & Piccart. §. Quid sit in-*  
*vestigatur per divisionem & inductionem, quando examinan-*  
*tur qvæ de subiecto in quid & in quale quid, verè ac propriè*  
*prædicari possunt, ex iisq; seliguntur, genus & differentias*  
*proximè & adæqvatè constituentia. Hoc modo Philoso-*  
*phus optimè definit hominem, qvod sit animal terrestre, pe-*  
*destre, bipes. Illæ differentiæ conjunctim sumptæ unicè ho-*  
*mini competunt qvatenus animal, suntq; natura priores, no-*  
*tiores, positivæ & immediatae. Neqve debent esse ex pro-*  
*priis, qvæ non ingrediuntur essentiam definiti, desumptæ,*  
*qvales sunt quando homo dicitur animal rationale i. e. deli-*  
*berandi & intell. facultate præditum, disciplinæ scientificæ*  
*capax, risibile, aut potius fleibile, (Nugantur, inquit Libanius*  
*declam. 36. p. 766. qui ridere proprium hominis esse statuunt, lacry- Hominis*  
*mari potius proprium ejus est, fletu plerique omnes faciunt digna,*  
*risus si ob res bonas fit, alienum ab homine; nunquam ferè boni*  
*qvicquam viderunt, sed mala semper, ridere tantum una die opor-*  
*teret, quando optima mors adest.) felicitatis civilis per natu-*  
*ram, accedente debito studio, & vitæ aut mortis æternæ par-*  
*ticeps &c. Taliter per propria, servato genere animalis, de-*  
*determinari possit Homo. Aut: hoc genere seposito, per sub-*  
*stantiam ejusq; differentias describatur, ut Nicol. Taurellus in*  
*Alp. Cæf. l. 1. q. 2. p. 16. his verbis: Multa opus est investi-*  
*gatione & multorum conjunctione, ut hominis constituantur*  
*definitio, qvod sit substantia corporea, composita, animata,*  
*sentiens, intelligens: ex quibus manifesta demonstratione*  
*ostenditur quid sit homo. Rectius h. m. Homo est Substantia*  
*corruptibilis, motu, sensu, intelligendi atque deliberandi fa-*  
*cultate prædicta. Conf. l. 1. Top. c. 7. §. 5. l. 2. c. 1. §. 2. l. 5. c. 3. §. 6. & l. 6. Top.*

9.  
*Quid sit*  
*inductio-*  
*ne & divi-*  
*sione pro-*  
*batur.*

Hominis  
definitio.

Propria  
hominis,  
ut fieri,  
ridere.

mal ob facult. sensit. cum nec planta sit ob vegetativam &c.  
Hinc definitiones adæquatam rei naturam explicates non differunt à demonstratione, nisi positione terminorum, illis n. figura Syllogistica deest: qvædam v. sunt principia demonstrationis, qvæ immediatam definiti causam manifestant, qvædā per aliud principium sunt probandæ, ut definit nominales. l. 2.  
Poster. c. 4. seq. Andr. Cæsalp. l. i. qu. Perip. 2. putat omnem definiti-  
onem absolutam ad demonstrationē reduci; intellige, definiti-  
onem qvæ proximā rei essentiam, ac immediatas causas expli-  
cat. §. I. probatio qvæstionis qvod si qvia sit, dicitur demonstratio  
78 ēt, concludens ex re nota, causa mediata qvæ rei demon-  
strandæ per se inest, ex proprio effectu, signo notiori, causa  
extrinseca & per accidens; in inferioribus minusq; præcipu-  
is scientiis locum habet. Talis probatio ad summum  
adducitur, in vulgari de affectionibus Entis doctrina Me-  
taphys. qvando usitatis definitionibus, attributa entis  
applicant, ut cui nihil deest ad suam integritatem, id est per-  
fectum. E. Omne Ens est perfectum. Habet verò ejusmo-  
di probatio multū commune cum Dialectica aut Rheto-  
rica, imò & Sophistica argumentatione, hinc merito suspecta  
& indigna accurato Philosopho. Vid. D. Jungij Disquis. de  
prob. emin. tb. 8. seq. Consentit Cæsalp. l. i. quest. 2. p. 371. Instet  
(inquit) aliquis, communes Entis affectiones, de entibus de-  
monstrari posse, per rationem primi entis: At hæc demon-  
stratio minimè est; cum entis ratio non competit affectioni-  
bus æqualiter, ideo enim problema est demonstrativum, qvia  
continetur sub universali demonstrato, ut vitis folia deflu-  
unt, qvia sub latifolio, cuius hæc natura est, continetur. l. 2.  
post. c. 2. §. Vera Demonstratio se exerit circa qvæstionem  
Cur sit: ubi de fine ac reliqvis causis qvaritur; omnis enim  
causa, anticipat aliquid ex natura finis, tanquam primæ cau-  
sa, dum indicat rem se aliter habere non posse, Is verè licet,  
qui ex immediatis, veris primisq; principiis certus est; Hinc  
Syllogismus, qui in præmissis non continet immediatam &  
propriam conclusionis causam, non est demonstrativus. Cujus  
generis

Quod sit,  
Demon-  
strari quo-  
dammodo  
potest,  
non verè.

Demon-  
stratio af-  
fectionum  
Metaph.  
incon-  
grua.

II.  
Demon-  
stratio ve-  
ra est de  
quest.  
Cur sit.

generis Syllogismi, ut plurimum sunt, etiam in superioribus  
ut vocantur, Facultatibus & in Philosophia. Inde plerique  
omnes, Dialectici tantum sunt & opinatores, non scientes  
aut Philosophi. l. i. post. c. 2. & 30. Ut quando occulta aut *Pauci*  
manifesta petitio principii committitur, dum definitum per *sunt Ante-*  
*definitionem nominis probatur. e. g. quod inclinat ad bonum lytic,*  
*& declinat à malo id appetit. Quod sentit illud inclinat &c. multi opi-*  
*E. quod sentit appetit. Inclinatio ad bonum non est causa natores.*  
appetitus, sed nominalis ejus definitio; Aut quando ex imme-  
diato effectu causa immediata probari debet, assumitur vero  
aliena, ut Omne quod appetit sentit. O. animal appetit, E.  
O. animal sentit, appetitus non est causa efficiens sensus; li-  
cet ideo sentiat animal, ut appetat sibi bonum Conf. l. i. pr.  
c. 2. seq. §. Quod per demonstrationem vere Analyticam  
(quæ maximè est universalis, affirmativa, ostensiva, probans  
cur sit, adeoq; melior particulari, negativa, ducente ad im-  
possibile, probante quod sit l. i. post. c. 21. seq.) novimus, id  
est necessarium & æternum ratione veritatis, cum aliter se  
habere nequeat, constat vero propositionibus, quarum subje-  
ctum pertinet ad definitionem prædicati & vicissim. Quæ  
est infallibilis verarum demonstrationum nota; quales non  
tantum in Contemplativis, prima & secunda Sapientia & Ma-  
thematisca, sed & in Practicis, Politica & Oeconomica, atq; in  
Effectivis, ut sunt Scientiæ de artibus, reperiuntur. *Cæsalp. l. c.*  
negat in prima Philosophia dari demonstrationes ostensivas, *Metaphys.*  
& definitiones ex notioribus & prioribus. Sed cavefall. à dicto & *Ma-*  
*secundum* quid, quædam ibi omnino demonstrari & exactè them. de-  
finiri possunt, positis primis principiis axiom. hypoth. de monstra-  
tionibus, quæ non demonstrantur, horum autem perfecti-  
or ac simplicior datur sciendi modus sine demonstratione.  
Inde Sapientia vocatur Scientia demonstrativa, scientia ex-  
actissima continens de quibusdam demonstrationes l. 2. *Met.*  
c. 1. l. 6. c. 1. l. 6. c. 6. & 7. *Piccartus disp. de Veritate* negare vide-  
tur; Mathematicorum demonstrationes, omnino vero dan-  
tur firmissimæ, qualem certitudinem non oportet in cunctis

12.

Quæ de-  
monstran-  
tur sunt  
æternum  
& necessa-  
riò vera.

A 3.

qværere

**Demonstrat. Philos. Practica & Effectiva.** qvæst. 2. Met. c. ult. Dantur etiam propterea & certissima prædicarum & effectiv. scientiarum principia, ex quibus immediatae propositiones & conclusionum causa, deducuntur. Neque ita dependent earundem objecta ab arbitrio & voluntate hominum, ut omnimodè sint corruptibilia, sed id contingit quatenus sunt singulare, hoc modo vero ad prudentiam & artem spectant, prout vero ad statum universalitatis referuntur & intelliguntur, omnino necessaria & æternæ veritatis sint, ac pertinent ad Scientiam de prudentia quoad res agendas, & ad Scientiam de arte quoad res efficiendas. §. Dantur itaque Scientiarum & Demonstrationes Practicæ atque Effectivæ, neque contradictione est, ponere, contemplationem practicam

13.

**Error Zabarella.**

**Nova doctrina Val. M. quod Physica tantum demonstraret.** In tract. demonstr. part. i. Phil. c. 8. & 13. asserens, quod sola habitudines ex motu ingrediantur illationem scientificam, sive quod illatio Physica sola sit demonstratio; quam triplicem facit, nempe ordinem executionis, intentionis & logicalem s. doctrinæ. Quæ cum obscurissima sint, nec ulla probabili ratione adstruantur, meritò suo Autori relinquntur. §. In disciplinis non philosophicis, propriè non occurunt Demonstrationes, non tamen iis denegamus certitudinem; tum ratione objectorum, quatenus sunt certa & sepe immutabilia, tum ratione subjectorum, quando voluntas vel intellectus, rei cognitæ firmiter adhæret. Sic futurorum Contingentium non datur demonstratio, sed Certitudo si causæ eorum sint certæ; Atque ita i. Certitudo fidei, ex autoritate divina, aut celebri humanâ quæ firma experientia nititur; 2. Certitudo bona conscientiae quæ vero fundamento nititur. 3. Certitudo spei & fiduciae, ubi intellectus rei intelligibili & appetitus rei cupidæ firmiter adhæret, neque unit consistere cum dubitatione, & ignorantia, neque tamen manifestam demonstrationem postulant credenda vel speranda. Vide Thom. Aquin. i. Secund. q. 4. art. 8. Bellarm. i. 3. de justif. Andr. Kesler. disp. de Certit. 1623. edit. Dn. Stahl. in Log. i. de Demonstr.

14.

**In Theol. Jurispr. Medic. propriè non sunt demonstrationes.**

**Certitudo non est cum Dubitatione & ignorantia.** Certitudo bona conscientiae quæ vero fundamento nititur. 3. Certitudo spei & fiduciae, ubi intellectus rei intelligibili & appetitus rei cupidæ firmiter adhæret, neque unit consistere cum dubitatione, & ignorantia, neque tamen manifestam demonstrationem postulant credenda vel speranda. Vide Thom. Aquin. i. Secund. q. 4. art. 8. Bellarm. i. 3. de justif. Andr. Kesler. disp. de Certit. 1623. edit. Dn. Stahl. in Log. i. de Demonstr.

THESES POLITICÆ  
De Officio Magistratus Civilis  
circa Sacra.

S. Philosophiam practicam ex fine & objecto deaomina-  
tam, duas partes, Politicam nempe & Oeconomicam  
continere præsupponimus, cum sufficienter alibi hæc secunda  
probata, vid. Disp. de Virtutibus, & de propria Laude. l. i. Eth. pars agit  
c. ult. l. i. M. M. c. i. l. i. Rhet. c. 2. Politicæ vero dogma hoc  
esse ex secunda ejus parte, itidem manifestum, hæc enim pars, statutus of-  
ficii ob dignitatem nomen totius (Politicæ) meretur, de Magi-  
stratu dissentiens, cuius munera secundum qualitates virtuosas  
aut vitiosas, ex prima Politicæ parte, quam Ethicam vocant, de-  
terminat. Hinc patet nexus harum partium, quodq; omnia  
in Ethicis descripta, sint politica, & imprimis summo Magi-  
strati in Republ. observanda & fugienda. §. Cum Scien-  
tia & Prudentia Politica, sint Sapientiæ subjecta, quia illarum  
finis, (felicitas civilis) ad hujus finem (cognitionem & venera-  
tionem summi Numinis) tendit, patet quod Cura & Officium  
circa Sacra, non sint à Magistratu Civili aliena. Imperare enim  
debet prudentia, tanquam Vicarius Sapientiæ, ne per impro-  
bas scientias, artes, actionesq; humanas, contemplatio &  
cultus DEI, ullâ ratione impediatur. Quidam, juxta Philoso-  
phum l. 10. Ethic. c. 7. 8. l. 7. Polit. c. 2. 3. 8. 9. & 15. l. 4. Pol. c. 15.  
Sacerorum administratio, est primum ac præcipuum munus in  
Republ. sine qua neque institui, neque consistere potest bona  
Respubl. Externa Sacrorum cura, est Politico Viro deman-  
data, alias Sacra in se spectata sublimiora negotiis civilibus,  
sunt Sacerdotibus, qui nobiliores civibus propriè sic dictis,  
& necessariò in civitate reqviruntur, commissa. §. Per Ma-  
gistratum Civilem, intelligimus non tantum Majestatem sive  
eminenterissimum Magistratum, sed quemlibet legitimum &  
ordinarium. Utriusque enim est, quæ ad divinum cultum  
faciunt, prudenter disponere; licet diversimodè. Superior  
Majestas ea ordinat absolute, cum non agnoscat autoritatem

supra

1.  
Politica  
de Magi-  
strato.

2.  
Finis Poli-  
tici subor-  
dinatur  
fini sapi-  
entis.

Offic. Sa-  
cerdotum  
& Magi-  
stratus cir-  
ca sacra  
differunt.

3.

Non so-  
lum Maje-  
stas sed in-  
ferior Ma-

gistratus  
curam sa-  
crorum  
gerat.

supra se nisi divinam & optimarum legum Normam; nec imperat D E O, ac prudenter latis legibus, sed D E I gratia secundum leges, adeoq; Consilio Prudentum & Sapientum hic uti potest. Inferior verò Magistratus ex præscripto mandantis superioris eadem administrat. Potest enim Magistratus omnia, qvæ neque jus naturæ, neq; lex divina, certis limitibus circumscriptis, in Reipubl. suamq; utilitatem moderare, jubendo, vetando, emendando, permittendo; Modò spectet, civilis societatis felicitatem, qvæ in operatione Virtutum consistit, & tum bohæ Reip. præst. Malarum etenim rerumpubl. præsides, qvorum semper est & fuit numerus major, proprium commodum, honestati publicæq; felicitati contrarium, plerumq; pro scopo habent. l. 3. Pol. c. 10. & 12.  
¶ l. 6. c. ult. l. 7. c. 3. §. Sacra, qvæ moderamen Politicum desiderant, tria involvunt, 1. Rationem cultus divini in se spectatum, sive piam Vitam & Doctrinam. 2. Personas illi cultui speciatim dicatas. 3. Bona mōbilia & immob. ad religiosum cultum destinata & necessaria.

4. Tria sacra  
modera-  
tur Magi-  
stratus.  
Religio  
non est fi-  
nis Civita-  
tis, curan-  
da tn. ut  
summope-  
rè necessa-  
ria.

Prima cura sit circa Religionem, qvæ qvidem non est finis Reipubl. aut Civitatis, non enim ordinantur primariò actiones Civium, juxta leges Politicas, ad Pietatem, sed ad civilem felicitatem, qvæ honestate Virtutumq; moralium exercitio continetur, & deprehenditur in Vita Civium obtemperantium & imperantium honesta, & bonis fortunæ sufficienter instructa. Nihilominus cum omnis laudata hominum Societas tollatur sublata pietate, qvæ est coagulum, propugnaculum, vinculum atque fundamentum potestatis, obedientiæ & legum: Hinc communi sapientum & prudentum suffragio, Magistratus non tantum sanctissimo Numini cultum debitum exhibeat, sed & qvò obtemperantes idem agant, sedulò prospiciat. §. Qvod fit, si Cognitio & Veneratio D E I, sit Naturæ rectè se habenti, divinitusq; revelatis legibus conformis, cum D E U M honore ubique honestum, necessarium ac utile. Et licet nulla daretur externa in Vita humana Pietatis utilitas, ut Martyrum & fidelium exempla testantur, tamen per se, & qvia ad æternam

3.  
Pietas per  
se & quo-  
modo co-  
lenda.

nam felicitatem confert, serio excolenda. Qui enim nihil agere vult, quod non sit utile, is aliquid bonum & per se eligendum esse negat; & multa sunt civiliter utilia, quae non imitanda, ut divinitatis simulatio apud gentiles principes usitata, sed bona Reip. principibus non commendanda. l. 2. Top. c. 4.

Alex. l. 4. probl. 20. §. Licitum igitur est hominibus, imprimis 6.  
Politico Magistratui circa Cultum divinum varia ordinare, Divini  
quando necessitas & decori ratio id postulat; & falsum, quod cultus ra-  
divini cultus ratio, nullius hominis imperio subjecta sit, tio est ho-  
prodest enim aut obest in civili vita religio. Et prout quæli- minis im-  
bet Virtus sponte ac libenti animo, non coacte, suscipienda perio sub-  
& excolenda, nihilominus mandatis legibusq; civilibus ad- jecta.  
stringitur; Sic Religio in quantum est opus voluntatis, ex

parte etiam ut est intellectus, legibus determinari potest. §. 7.  
Certum enim est, civili Magistratui, competere curam omni- Lure Divi-  
um, sine quibus scopus rerum publ. obtineri nequit; impossibili- no & Civili  
tate autem est felicitatem civilem posse compari aut servari, utiliter  
sine potestate in religionis negotio. Nec ullibi DEUS tales potestate  
curam abesse voluit à Magistratu, sed mandavit ut eam Re- circa Sa-  
ges, Principes ac dominantes susciperent, qualem Episcopi ac cra exer-  
Sacri ordinis Viri sibi tribuere nequeunt; Id abundantissime cet Magi-  
ex historiis, de Constantino M. aliisq; Imperatoribus, qui sa- stratus.  
era Concilia convocarunt, iisq; præfuerunt, ac varia de E-  
piscoporum statu ordinarunt, patet. Vide Euseb. l. 3. c. 6. & l. 4.

c. 4. de Vita Constant. M. Socnit l. 1. & 5. §. Nullo tempore talia con- 8.  
cessa aut jure usurpata fuerunt Ecclesiæ Antistibus, ne quidem Tale offici-  
summo V. T. Pontifici, penes illum nulla erat ordinaria & libe- um non est  
ra potestas dispensandi de rebus ejusmodi Ecclesiasticis, ve- auferen-  
rum hæc singulari modo erat in manu atque consilio DEI, dum Ma-  
cum Ebræorum Politia planè peculiaris Theocracia. Vide Io- gistr. &  
seph. l. 2. contra App. p. 1071. quin & Reges tum temporis tale cir- pratextu  
ca Sacra officium exercuerunt. Neque in N. T. ulla lege di- quodam  
vina, justa præscriptione aut prætensione, hoc munus Eccle- Sacerdoti-  
asticis personis competit, vel Magistratui Politico detra- bus conce-  
ctum est. Patet (inqvit Mocenicus Cont. s. c. 21.) neque unum dendum.

ex Ecclesiae Catholice servis (Pont. Rom.) quamvis eximium, alios omnes instituere, neque omnes ad Eccl. munus promovendi, unum illum convenire posse aut debere. In quem *Eryc. Puteanus* itidem adornasset stricturas, uti in Casaubonum, idem argumentum pertractantem. *Vid. Oper. Puteani tom. 2. p. 834.* ubi afferit; quod Pontificiae potestatis fructus sit, ne Reges mali, impii, abominandi sint, ne reges esse desinant & in extremam tyrannidem prolabantur. At praetextus est, praxi contrarius.

9. §. Potius autoritate divina ac consilio prudentum hanc *avocaſeſas* circa Sacra, sibi vendicant Retump.

præsides politici, quo facilita remp. ordinant, adeoq; præmiis suos Cives, non minus ad Religionis, quam Virtutum Civilium cultum allificant; ac religiosi cultus Violatores debitis afficiant poenam. Ut si heretici sint publicæ tranquillitatis turbatores, si quidam atheismum, damnatam Syncretismum, (omnium religionum chaos, ut Thomas Brown in *Relig. Medicī sect. i.* morum & sermonum in religione indifferentiam approbat, nec ullas partes tueri cupit) manifestas superstitiones, idolatriam, sermones moresq; turpes aut similia vitia introducant. Quod enim effectum dare nequeunt Sacerdotes per suos sermones, hoc terrore sui faciant Magistratus, quo per terrenum regnum justis modis proficiat cœleste.

10. §. Neque tamen protinus ad severiora veniendum, sed per seriam veræ Religionis doctrinam, ignorantiae simplici aut affectatae occurrendum, quo remedio si emendari nequeunt perversi,

*Bellum religionis causa certe modo licitum.* tranquillitas quædam Civium externa ranti non est æstimanda, ut plurima vitia, quæ ex neglectu veræ Religionis oriuntur, sint ferenda. Neque Magistratus injuriæ facit civibus, dum eos refractarios, infidelitatis ac impietatis nomine, poena afficit; modo confit, de Religionis sinceritate. Unde bellum Religionis causa, ad liberationem iniquè oppressorum, ac propugnationem veri cultus divini, aliquando, sed non temere suscipiendum, ne bello confecto, potius solitudo & viatorum copia, regionibus inducta deprehendatur, quam religio. Et omnino melius, si adversæ opiniones, idoneis argumentis

mentis expugnentur, utq; omnis injuria omnemq; impedimentum amoliatur ab iis, qui religionem sinceram amplectuntur, vel ut præmiis qvibusdam extraordinariis ad veriorem cultum invitentur dissentientes subditi. *Conf. Just. Lipsiam l. de Relig. adversus Dialogistam.* §. Qualis v. cultus DEO præstandus, & qvænam articulatim de DEO credenda, scientia de prudentia civili sive administratoria sive legislatoria non determinat, qvin vitiosæ Curiositatis notam incurunt, qui falcem in alienam messem mittunt, & ut plurimum periculose aut abjecte de si-dei articulis ex proprio ingenio differere solent Politici, ut ex *Hug. Grotio l. 2. de B. & P. c. 20. Thom. Hobbes de Cive c. 17.* qui inter alia afferit, unicum tantum articulum, Jesum esse Christum, esse necessarium ad salutem, reliquos pertinere ad obedientiam, qvæ præstari potest, etiamsi qvis non credat, modo cupiat credere, qvæ ab Ecclesia proponuntur &c. *Nicol. Machiavellus* passim multa differit in laudem superstitionis paganæ, qvorum tñ. qvædam in meliorem sensum trahi possunt, præsertim si illa satyrico modo & fine concinnarit. Prodiit hoc anno 1655. *Liber singularis de PræAdamitis* qui multa nova Theologico-Politica affert. §. Judicat prudens Magistratus, talem Religionem esse bonæ Reip. utilem, qvæ serium omnium Virtutū exercitiū inculcat, nec ullo modo turbat ordinem rectè imperantium & obtemperantium. Proinde potest Magistratus in disfido Religionum, exigere juramentum fidelitatis ab omnibus subditis, etiam iis qui alienæ religioni sunt dediti, ad pacem civilem conservandam, & in refragantes animadvertere. *Vide Th. Morum l. 2. Utopie D. Azar. Sturtz. de Una Religione tb. 12. seqq.* Alias uti discordia subditorum in civilibus, ita & in religione, commoda videtur Tyrannidi; & Felix illa Respubl. qvæ unius & sanioris doctrinæ luce collustratur. Ita enim DEUS summam curam Civitatis habet, pacem, libertatem, pudicitiam & justitiam copiam præbens, remotum à seditione, felix humanum genus reddit. Civitatibus vero omnibus qvibus non dominatur DEUS, nulla erit malorum, laborumq; inanum quies, ut loquitur *Plato l. 4. de legibus p. 829. &c.* §. Ex his facilè constat, qvale officium Magistratus civilis esse debeat

11.  
Politici  
Doctores  
qvæ tales  
non do-  
cet de Re-  
ligione nisi  
periculose  
& abjecte  
ut pluri-  
mum.

12.  
Qualis  
Religio  
Reip. bona  
conveni-  
at.

13.  
Aliæ curæ  
Magistra-

*tus sacra  
est de per-  
sonis Ec-  
cles. & bo-  
nis.*

*Sacerdo-  
tes non  
sunt ex-  
empti à  
jurisd. ci-  
vili.*

*14.*

*Jus Patro-  
natus cir-  
ca Sacra.*

*Philoso-  
phus rectè  
docet Spur-  
cibus Diis,  
Spurcum  
cultum of-  
ferendum.*

*circa reliqua Saera, nempe in personis constituendis, ut idonei re-  
ligionis antistites & ministri, qui vita sanctimonia, seniori  
doctrina, moribusq; probis eminent, sacro coetui praeficiantur:  
Neq; ob Conjugium, affinitatem, manuscula, unus Mini-  
sterii Candidatus alteri preferendus. Est v. homo Ecclesiasticus  
Magistratui summo Civilijure divino & humano subdit, non  
solum ut Incola & Civis, in quantum negotia reliquias commu-  
nia exercet, sed qva sacrorum rituum minister; non eximitur  
ullo Sacramento Ecclesiae ab obedientia Magistratui debita;  
Neq; Christus aut Apostoli tantam tyranorum insolentiam  
tulissent, si ab exemptione quadam praesidium sumere voluis-  
sent. §. Huc spectat Jus Patronatus Ecclesiasticum Superius sive  
majus, & Inferius, ex cuius natura etiam de Dotatione, bono-  
rum Ecclesiasticorum dexterima dispositione, de exstructione  
& conservatione sacrorum edificiorum, prolixè dicendum.  
Sed de hoc argumento sufficienter tractant plurimi, ex multis  
vide Matth. Stephani de jure Patron. c. 6, 9. 21. Reinking. de Regim.  
fec. & Eccles. l. 1. c. 5. &c. Gras Winck. de jure Maj. c. 5. Ipse etiam  
Philosophus de iis quæ hactenus allata, sparsim differit, ut fru-  
stra nonnulli Politicam ejus imperfectionis arguant, quod de  
Religionis negotio nihil vel pauca tradiderit. Immerito ve-  
rò reprehenditur, quod l. 7. pol. c. 17. lascivas imagines in tem-  
plis Deorum lascivientium, legibus admissas esse pronunciet.  
Neque enim approbat leges ejusmodi, & maximè consentaneum  
videtur, ut turpia Idola, obscenæ picturæ afficiantur;  
neque honestus piusq; cultus destinandus est Deastrorum  
prostibulis. Si verò cultus non recte colentium D E U M ve-  
rum, locum profanet, melior cultus pia mente cum expiare  
potest. Conf. Herm. Conring. disp. de Majest. officio in Sacris thes. 8.  
seq. Ejusdem de Constit. Episcop. Germ. th. 9. seq. Ejusdem de Po-  
tentatis Civilis subiecto th. 6. seq. §. Facile est ex his, varias quæ-  
stiones, de munere Magistratus Civilis & Ministrorum Eccle-  
siæ reciproco, solvere. Philippus Mocenicus Venetus præter  
morem sui sensu & loci differit, de Officio Sacerdotum &  
Magistratus lib. de univ. Hom. Institutione Contempl. 5. part. 2. c.  
19. 20. 21. & 33. Ut appetitus humanus recte deliberationi  
obtem-*

*15.*

obtemperans, cæteras facultates decentissimè moderatur, si  
verò ab hac dissentiat, pessimam tyrannidem, hominumq; ca-  
lamitatem inducit: Ita supremus Magistratus, dum sapienti- Qvomo-  
do Magi-  
stratus ob-  
serrimus  
bus (Sacerdotibus) divinæ naturæq; legibus obtemperat, infe-  
riores Magistratus rectissimè dirigit: si v. iis aduersetur, ipse mi-  
stratus ob-  
serrimus, cœteros Magistratus omnemq; societatem ad sum-  
ma mala ducit, omnem felicitatem destruens. Et licet, Mini-  
strorum Eccl. potestas de D E I legitimo cultu, ex D E I verbo  
tantummodo moderamen accipiat, non tamen amovetur  
aut destruitur, humana, circa hæc Sacra, Magistratus cura. Ut  
Humana mens, Virtutibus corporis (pulchritudini, sanitati) Et Sacer-  
addita, non corrumpitur, neque divinæ revelationis lux, re-  
pellit naturale nostræ rationis lumen. Dum itaque Ministri gistratū  
Ecclesiæ, Magistratui decentia imperanti, obtemperant, verè subjecti  
parent, non homini, sed D E O ac divinæ legi, subjiciuntur sint.  
hominibus, qvi ex divina dispositione, divina potestate sunt  
prædicti. Hinc Lex Domitiana, de Sacerdotibus à pop. con-  
stituendis, etiam pertinuit ad Pontif. maximum, qvod enim  
(inquit Paulus Manutius l. de Rom. Legib. p. 29.) de omnibus Sa-  
cerdotibus sanctum, eo Pont. Max. excludi juxta non fuit. Conf.  
plures leges ejusdem de relig. à p. 17. ad 32. Feneſtelli. de Sacerd. & Mag.  
Rom. l. 1. c. 1. p. 6. & l. 2. c. 6. Théologos Orth. L. de Min. Eccl. & Mag.

## THESES ex Sapientia Secunda De Imaginationum Efficacia.

§. P Hysicam, ob doctrinas rectius appellari Sapientiam se-  
cundam antehac docuimus, vid. Th. Prob. in Phys. disp. 1.  
neque enim omnia qvæ tractat, sunt physica, naturam  
ceu internum motus ac quietis principium obtinentia, sed  
qvædam incorruptibilia continuum motum habent l. 1. de Cœ-  
lo c. 1. ut cœlum, cœlestia, & animæ humanæ perfectiores fa-  
cultates, ex qvibus Imaginationis Efficacia, ut constabit, ori-  
tur. Præsupponimus ex l. 3. de anima c. 3. & 4. Imaginationem s.  
Phatasiam esse medium facultatem inter sensum & intellectum,  
ut sensus imaginationi, & hæc intellectui aliquando subsen-

Physicæ  
rectius di-  
citur Sa-  
pientia se-  
cunda.

Imagina-  
cio media  
inter sen-

sum & in- viat; qvod non sit existimatio, sensus, opinio, scientia, sed collectum. cognatam cum hisce naturam, imprimis cum sensu habeat; Propriè imaginamur, qvæ sensibus tam communi interno, quam externis percepta sunt. Datur Phantasia actu, potentia, vera falsa, perfecta imperfecta, omnibusq; animalibus diversimodè inest. Conf. l. de mem. c. 2. & Job. Lud. Havent. Comm.

2. Plutarch. l. 4. de plac. phil. c. 12. §. Pervulgatum est, sçpè mirabiles effectus fieri, qvorum causam qvidam referunt ad occultas qualitates, sed h. m. nihil docent, cum docere sit ex noctioribus ignota declarare; præstat, ingenuè ignorantiam, quam sub prætextu occulte qualit. fucatam scientiam, qualis olim Sophistarum, profiteri l. 1. prior, c. 30. l. 1. post. c. 2. Plato de Sopb. p. 187. Job. Sperling. l. 2. c. 3. Phys. Taurellus l. 5. q. 8. in Alp. Cæsis ait: Omnia fiunt ex certis causis: qvid ego tuum ignorare euro? Num putas occulte per accidens fieri cuius causæ tibi sunt incognitæ? Quidam Angelis, Dæmonibus, magicis incantationibus, characteribus, heic opus esse censem, tanquam causis. Sed ex obscurioribus, nimis remotis, incertis ac incongruis principiis, res manifestas dedicunt. Job. Bodin l. 1. c. 2. seq. Mag. Dem. Quidam admirandorum ostensorum principia, reducunt ad Imaginationis Efficaciam, quam sententiam, exercitii causa, declarabimus. §.

3. Si quis statuat hæc & omnia reliqua, à D E O ejusve permisso per Angelos bonos aut malos fieri, facilem dat qvæstionum solutionem. Et notum, D E U M tanquam primum motorem immobilem, mouere primò cœlum, ex cuius motu, varias alterationes in sublunaribus fieri l. 8. Phys. c. 5. seq. l. 1. de Met. c. 2.

Qvomodo Deus & Angeli ad operat. mirabilis concurredit.  
Deus & Angeli ad operat. mirabilis concurredit.

Si vero qvædam Angelorum operatio hic intercedat, non sufficit illa, qvæ volendo aut intelligendo perficitur, cum intellectus & voluntas propriè non sit causa rei intellectæ, voluntæ & mirabiliter productæ, sed opus erit, ut ministerio angelorum, activa passivis h. e. causa moventes, mobilibus applicentur. Ut si ope Dæmonum, mirabili modo morbi curentur, necessum videtur, afferant & insensibiliter applicent idonea medicamenta partibus affectis; cum alio modo, corpora

corpora sananda afficere & tangere nequeant. §. At neq; h. m.  
tal is effectus produci potest, nil aptitudo in sanando adsit; per  
se & necessariò medicamenta non sanant, sed postulant facul-  
tatem recipiendi in ægrotō, qvæ reluctante imaginativa Vir-  
tute, inepta est. Sie & magieæ incantationes & characteres  
sanitatem non ex se, sed ob credentis phantasiam, inducunt.  
Cum ergò Opera angelorum & magica ejusmodi, immanife-  
sta sint, nec ulla verosimilitudine persuaderi possint, nisi  
manifesta ac naturalis causa addatur, melius erat, relictis ob-  
scuris, manifesta proponere; etiam si rationes qvædam Logi-  
gicæ in contrarium adducantur. Rationi enim tum creden-  
dum in Ejusmodi, quando iis, qvæ apparent sensibus, consen-  
tit; hic verò testes sunt sensus rationi, & ratio testibus l.3. de  
gen. animal. c. 10. l.1. de Cælo c.3. l.3. c. 7. l.3. Phys. c. 13. §. Qvan-  
do Homines qvidam, minus obvia solertia, adhibitis vel oc-  
cultè vel manifestè salutiferis aut noxiis, bene aut male ope-  
rantur, non statim putandum, qvod commercium cum ange-  
lis habeant; fieri enim potest, ob vim imaginationis, ut  
unus idemq; huic noceat, alteri prosit, ut citissimè vel tardè  
operetur; participant enim homines diversimodè, ex rerum  
sublunarium (qvarum usus in medicamentorum & similium  
operationibus deprehenditur) qualitatibus. Quidam magis  
qvidam minus calidi, frigidi, humidi, siccii. Et in univer-  
sum, Homo videtur medium qvoddam (non per negationem  
s. exclusionem sed) per participationem, esse inter æterna &  
corruptibilia. l.4. Met. c. 7. l.4. Top. c.3. §. 10. Inde patet, qvod  
magis perfectam Imaginationis efficaciam Homini tribua-  
mus, cum omnia, qvæ phantasiam commovent, aliquo modo  
contineat in se, atqve facilius percipiat, cum exactissimum  
sensum tactus, & unum ex altero colligendi facultatem  
promptissimam habeat; hinc phantasia ejus Ratiocinativa &  
sensitiva. l.3. de anima c. 10. §. Ex diversa Imaginationis dispo-  
sitione, varietas affectuum, qui corpus organicum alterant,  
ac animæ facultates, nutritivam, sensitivam, locomotivam,  
deliberantem atqve intelligentem dirigunt, oritur. Proinde  
omnes

4.  
Sanatio  
fit per virus  
Imagina-  
tivam.

5.  
Non sta-  
tim curz  
angelis pe-  
culiare  
commer-  
cium ba-  
bent, qui  
mirabilia  
operan-  
tur.

Homino me-  
dium in-  
ter æterna  
& corra-  
ptib. soler-  
tissimam  
phantasiæ  
habet.

6.

*Omnies humanae actiones & passiones dependent à Phantasia.*  
*Plus minus speciem variat.*

*omnes actiones & passiones directorio phantasie subjacent.*  
Generant ac generantur, augmentum ex alimentis capiunt, organis sensuum utuntur, moventur, deliberant, judicant, intellectu scrutantur homines, pro modulo Imaginationis; hæc facit ut aliter, atque aliter judicent & operentur, magis minusve apti sint ad Consilia, & Scientias l. 2. Rhet. c. i. Nec mirum, quod initio modica admodum fiat per Phantasiam mutatio, hæc plurimas postea efficit differentias, modica gubernaculi navis transpositio, magnam navigandi varietatem causatur, plus ac minus omnino totam speciem reiq; essentiam & naturam mutare solet, in actionibus moralibus, medicis operationibus, numeris, omnibusq; rebus certo modo determinatis.

*7. Phantasia moderatur affectus & partes animalium exteriores.*

*Quidam & in reliquis animalibus, operationes à qualitatibus elementaribus earumq; temperamento & affectuum indole proveniunt, hæc verò à Phantasia dependent; tristia plerumque cum frigore, jucunda calori juncta, sed sua munia non obeunt sensitiva, nec audaciā, timore, cupiditate illecta, quicquam sustinent, nisi Phantasia suggesterit modū & scopum operandi Conf. sct. 7. probl. 2. & sct. 8. q. 15 seq. l. 9. hisp. animal. c. 38. Hæc corporis partibus Externis, novam subinde vim confert, ut in Noctambulis, affectuum impetu commotis, & animalib. domesticis e. g. gallinis quæ victis mariib. cucurriunt, crista caudaq; eriguntur instar gallorum, & hi align. gallinarū munere funguntur pullos ducendo & fovendo. Conf. Avicen. l. 9. de moribus animal. Simili modo Gynæocratia, & Sardanapalismus in Oeconomia sunt; vide Ruderphi Fescenn. p. 216. Internæ partes, ob Phantasiam appetitus, voluptatis, doloris, subito aliquando afficiuntur, ut ex pulsu cordis & arteriarum, de cogitationis judicare liceat, prout Erasistratus cognovit Antiochum Stratonicæ amore captum. Pariter Phantasia de cupiditate & metu nocendi potest noxam inducere; Operatus imago mali ac boni, idem ferè quod malum & bonum. Male afficiuntur pueri ac moliores, frequenti intuitu eorum à quibus sibi metuunt; & nocendi flagrantes cupiditate, contactu & aspectu insciunt alios, in quos Phantasia tale transfert nox & simulaçrum. Unde Infantes inconsulto committuntur*

*8. Et internas, Bona & mala introducit.*

*Simili modo Gynæocratia, & Sardanapalismus in Oeconomia sunt; vide Ruderphi Fescenn. p. 216. Internæ partes, ob Phantasiam appetitus, voluptatis, doloris, subito aliquando afficiuntur, ut ex pulsu cordis & arteriarum, de cogitationis judicare liceat, prout Erasistratus cognovit Antiochum Stratonicæ amore captum. Pariter Phantasia de cupiditate & metu nocendi potest noxam inducere; Operatus imago mali ac boni, idem ferè quod malum & bonum. Male afficiuntur pueri ac moliores, frequenti intuitu eorum à quibus sibi metuunt; & nocendi flagrantes cupiditate, contactu & aspectu insciunt alios, in quos Phantasia tale transfert nox & simulaçrum. Unde Infantes inconsulto committuntur*

mittuntur custodizæ vetularum servientium. Ex corpore  
malè affecto, in qvo ob caloris defectum, pravorumq; humo-  
rum abundantiam, nociva qualitas genita, derivatur facile  
in subjectum tenerum imbecillitas: Bonus anhelitus, & odo-  
ris svavitas ex concoctis à calore humoribus orta, dicitur  
medicina temperata, Plut. in Vita Alex. M. scribit p. 666.  
qvod svavem odorem corporis habuerit ex qvo homines  
potuerint confortari sc̄t. 4. 12. & 13. probl. Odores n. alterant,  
ut gemma in pulverem redacta, odore plumbi, fit vitrum,  
teste Cardanol. 7. p. 207. Prægnantis aviditas fœtum inficit nota  
rei fermentissimè desiderata, unde domus Ciceronis; gulo-  
nes epulas avidius cogitantes, salivam simili sapore imbuunt;

Tactum  
odorem  
gustum,  
Et reliquas  
facult.  
modera-  
tur.

Novimus multos vi imaginationis, qvæ insolentiores affectus  
concitat, obiisse, revaluisse, ac in iis partes ligatas, fuisse solu-  
tas, ut Herodotus de filio Crœsi antea muto, ob misericordiam  
ex Parentis periculo vitæ conceptam, loquente, refert.  
Val. Max. l. 9. c. 12. § Talis effectus, non oriuntur præstigi-  
atoria aut arte Necromantica (qvæ abusivè Nigromantia vo-  
catur vid. Petr. Molin. in Vate p. 153. c. 6.) sed ex Viribus huma-  
nis; Si enim herbz, cetera animalia, gemmæ qvædam mirabi-  
lem ac naturalem in alterandis rebus efficaciam habent; Lau-  
rus dicitur fulmina repellere. Lingua avis, sive diptamus, fra-  
xinella, siccissimæ plantæ, vermis sunt letiferæ. Card. l. 8. p.  
226. Dictamnus sagittas infixas evellere, Saphyrus serpentes  
fugare, basiliscus & serpentes mandali aërem veneno inficere,  
torpedo stuporem inducere. Ut omittam, qvæ vulgariter  
traduntur ab Autoribus de Lapidibus & gemmis, ea, qvæ for-  
tè nunquam alias adducta, ex Phil. Mocenico Contempl. 4. part. 2.  
c. 3. p. 198. afferam. Lapis Gerachides, ab incursionibus apum  
& muscarum, hominem etiam melle tinctum, tuetur, ore ge-  
status, auget cogitandi vim. Ethindros, ob frigiditatem,  
aërem in aquam mutat. Svetinus paleas & folia trahit, ac-  
census venenata propellit. Pidorius manum urit, nisi leniter  
tangatur. Diamon colores Iridis refert, febricantibus prodest.  
Exacontalus nervos contrahit iisq; nocet. Conf. Hier. Car-

9.

Effectus  
mirabiles  
ex lapidi-  
bus, ber-  
bis & ani-  
malibus.

C

dan.

*dan. l. 7. subtil. de lap. ubi refert, qvod lapidum & reliquarum rerum talium vis mirifica in juvando vel nocendo, oriatur ex Phantasia, dum spe qvadam illecti bona vel malæ fortunæ se objiciunt, & credunt, id figuris, lapidibus, plantis, esse adscribendum. Qvibusdam tamen etiam alia vis naturalis inest, ut Carbunculus rubeus & sincerus collo appensus pallescit, si homo ægrotaturus, qvia vapor ille, qvi ob tenuitatem homini manifestam molestiam nondum affert, afficit teneriorem istius lapidis substantiam, colorem mutando. Ita lapis Tar-*

*\*  
Conf. Jul.  
Ces. Bu-  
lenger. de  
circoRom.  
e. 30. de  
Naufra-  
gio.*  
*Taxippus in olympia potuit terrere eqvos ut sessores excute-  
terent, neqve in eo veneficium aut ulla ars, sed lapis ipse cum  
tuberet ac splenderet flamمام presse tulit, ex qvo imago re-  
luebat eqvorum, unde illi vel ignem imaginati, qvem formi-  
dant, vel propria specie decepti, vertebantur in fugam. vid. l.c.  
p. 129. & 223. \* Baara radix bituminis abundans, non, ob colo-  
rem & splendorem flammæ, ut Josephus Bell. Jud. p. 981. statuit,  
afferre dicitur mortem, iis, qvi eam arctius contrectant, qvia  
halitus vehementes & nocivos multum spargit, & ob super-  
stitionem credula gentis, dæmoniacos sanat. Cardanus l. 8. de  
plantis p. 241. Neqve qvicquam ad hæc, Scaliger reponit in  
Exercit. ad Cardanum, qvin Exerc. 113. asserit, qvod neqve  
credere, neqve refellere (ista de gemmis miracula) statutum  
habeat. Omnidò n. Scaliger magis Rhetotem & Historicum  
qvam Philosophum se esse in hoc contra Cardan. scripto ostendit.  
Recitat tn. Ex. 142. plantas venenosas, & frustra negat ve-  
nena ab odore & sapore fieri. Conf. Exerc. 154 Si v. tanta & talia  
præstant lapides, herbae, animalia, ex indita naturali vi, inter-  
veniente efficacia imaginativa; Quidni homines sine commer-  
cio dæmonum, per vim imaginativam ex naturali dispositio-  
ne, operationes, qvæ admirationem pariunt, dum causæ ignora-  
rantur l. de qv. Mechan. e. 1. efficerent. Psylli, Marsi cantibus ser-  
pentes demulcent, segetes transferunt; Cumq; in animalibus,  
sangvinis & Spirituum operatio, phantasie subjecta sit, non  
mirum, qvod mirabiliter hanc disponat & corpus alteret; de  
Regibus Galliæ referunt, qvod (Herniam gutturis) strumas  
conta-*

*Homines  
similem  
faculta-  
tem ju-  
vandi aut  
nocendi,  
peculiaris  
natu-  
ratem  
babent.*

contactu eurent. vide Golnitz. Itiner. de Compiegne p. 158. Cæl.  
Rhodig. l. 20. c. 15. & 16. §. Interdum manuam externorumq;  
organorum agilitate fiunt, qvæ maximis aliorum viribus pro- Quidam  
duci nequeunt, & hæc, Phantasæ plebeorum credulorum mi- agilitate,  
acula inferunt. Tales fuerunt Reatus Mantuanus, & mina per-  
nostra ætate plurimi funambuli, Petr. Barocius Episcopus ficiunt.  
idem æstimavit de Apollonio Thyaneo, qvod non arte magi- IO.  
ca, sed per specula & solertiam remotissima videre potuerit.  
Similiter delevit idem, aut pulvere aluminis, aut per Calchan-  
ti Spiritum literas accusatorias, fecitq; chartam puram, ut Cardan-  
sus in fine l. 8. existimat. Conf. Vat. Molinei c. 14. Sect. 31. probl.  
quaest. 7. & 28. l. 5. de gen. animal. c. 1. Cumq; effectus ejusdem  
nominis & speciei à diversis causis ortum ducere possint, mul-  
ta miracula ad causas naturales reducuntur, ut ex historia  
Mosis & Ægypt. coram Pharaone miracula patrantium con-  
stat. Neqve Plinius l. 2. his. c. 1. Mosen Veneficum appellans,  
neqve Suetonius in Vita Neron. Christianos referens ad novum  
maleficæ superstitionis hominum genus, audiendi. §. Sa- TT.  
natio per vota, manuum impositionem, oritur ex fiducia ac Sanatio  
imaginatione ægroti ac medentis, plures & facilius sanant, miraculo-  
qvibus plures confidunt; Et qvamvis æqvè facile non trans- sa, contin-  
feratur sanitas ab uno in alium, ut morbus, ut Philosophus  
probl. 7. q. 1. probl. 29. q. 5. asserit, hoc tamen plane negandum  
non est, ex conversatione honestorum, honestatis studium  
crescit, & valida evaporatio ex corpore hominis sani & me-  
dicantis orta, potest simili qualitate per Phantasiam imbuere  
subjectum capax. Sic vitiligo alba ex eqvis per contactum  
transit ad homines. Propria ejusmodi communicari possunt,  
prout propria sigilli figura communicatur ceræ. Card. l. 11. de  
subt. p 350. Autores profani narrant, mortuos, suisse hominum Mimulus  
ope resuscitatos, cæcos ac claudos perfectioni restitutos, be- quedam  
stias secundum determinata idiomata loquutas; ignaros lite- profano-  
tarum ac lingvarum eruditis sermonibus futura certò prædi- rum au-  
xisse. vide Plato l. 10. de Rep. p. 362. Sueton. l. 10. Plutarch. qvi expresse torum.  
imaginativam vim pro causa horribilis spectaculi affert. in Vita

Brut. p. 1000. Rhodig. l. 29. c. 5. Plin. l. 25. c. 2. Val. Max. l. 1. c. 5.

¶ 6. §. Sæpè in aere portenta variæq; figuræ apparent, sic de apparitione Cœlestini apud Aqvilanos anno 1520. prolixius differit, & præter morem, Superstitionem suorum sociorum in Eccl. Pontificia perstringit; insignis raræq; lectionis ac eruditionis Petrus Pomponatius l. de Incantat. c. 7. 10. 11. Varia etiam dantur auguria & omina eventui correspondentia; characteres, figuræ, verba certo gestu prolatæ, affectus & constitutionem corporis miris modis disponunt. Hæc si necesse sit credere fide historica, explicari possunt naturaliter ex Virtutibus Imaginationum. Corpora qvæ æstimantur mortua, apoplexia, suffocatione cotrepta, per media naturalia, in vitam revocari possunt, uti de furibus Bononiæ & Hafniæ suspensis ac redivivis, notum; De tali mortuorum resuscitatione, autoges, adhibita qvadam exaggeratione rhetorica, historicis non indigna, loquuntur; nisi cum Thom. art. 5. qv. de mir. dicamus, DEUM pro veritate aliqui. in gentibus fecisse vera miracula. Illis etiam, qui in organis visus, auditus, gressus impedimenta, noxios humores, habent, suppeditari possunt naturalia remedia, qvæ efficacius operantur si Phantasia suo fungatur munere. Homo enim homini diversimodè utilis est, ut rex subdito & vicissim; habent se ut membra corporis organici, cor respectu aliarum partium est qvæsi Rex subditis. Val. Maxim. l. 4. c. 4. l. 3. de part. anim. c. 4. Præcipue ab illis speramus & impetramus utilitatem, qui præstantiores creduntur, hinc à Regibus, Viris sapientiæ laude ornatis, tales effectus miraculosos provenisse legimus, ut sunt miracula Vespasiani. Thalassius Anachoreta crucis signo dicitur sanasse dolores cœlicos ac viperæ morsus, ita Laurentius cœcum Lucillum restituit &c. Vide Corn. à Lapide in Ecclesiast. cap. 38. p. 65. Ep. 793. Theodoret. Hist. relig. c. 22. unde Hippocrates Medicis orationem & vota præcipit. §. Simili modo per operationem Phantasia, organa vocis & soni possunt flecti, ad inusitatos sermones. Hicverò planè non excludimus DEI providentiam, gubernationem, motum ac lumen corp. cœlestium, sine quibus nihil

Appariti-  
ones in  
aëre.

Mortuo-  
rum susci-  
tatio.

Organo-  
rum cor-  
poris sa-  
natio.

Vocum in-  
usitata-  
rum au-  
ditus.

nihil prorsus in sublunaribus contingit. DEUS tanquam  
prima rerum omnium causa, in hæc inferiora operatur, ut plu-  
rimum, mediatè, movendo & disponendo corpora cœlestia,  
ex qvorum lumine ac motu, omnes alterationes oriuntur.  
Inde hominibus qvibusdam aptis, suppeditant futurorum  
eventuum indicia, eorumq; Phantasiam informant per ostenta-  
ta, ut sæpius certò prævidere, & si opus, inusitata lingua pro-  
loqui possint subsecutura. Vid. Plat. in Phædone p. 52. Jone p. 364.  
in Phædro p. 1220. ubi Mantuolum & Maniam describit & Vatum  
ingenium. Plutarch. l. de Vita Rom. p. 22. Marij p. 428. Val. Max.  
l. 8. c. 1. Virg. l. 6. Æneid. Aristot. Prol. Sect. 30. §. Sunt ejusmo-  
di Vates plerumq; Melancholici, in qvorum organis, Phanta-  
sia & affectuum impetus, cœlitùs dispositus, mirabilia opera-  
ri facile potest. Ayes, mutata voce tempestates prænunci-  
ant, dum sentiunt aëris regionem, in qua degunt, paulatim  
mutari, pisces inusitato motu signa dant futurorum meteo-  
rorum, unde à nautis tanquam secundæ stellæ observantur;  
Neque omnem superat rationem & naturam, si homines in-  
usitata Phantasia incitati, insolenti lingua utantur; Aliqvati-  
do tales curantur per medicamenta atram bilem expugnan-  
tia, ut Pomponatius l. de Intant. c. 10. ocularis testis refert de  
Galgerando Medico Mantuano, qvod uxorem Sutoris Fr.  
Margreti, taliter affectam, variisq; linguis antea incognitis  
loquentem, perfectè curarit, qvæ post variò idiomate uti non  
potuit. §. Et bestiarum locutiones in aëre exauditæ, ex motu  
stellarum; qvi aërem, ora & corpora animalium, ac Phanta-  
siam audientium singulati modo disposuit, æqvè facile prove-  
nire potuerunt, qvam ope angelorum. Omnem aëris vim à  
coelo gubernari certum est l. i. de Met. c. 2. Et cum talia nunquam  
evenerint, nisi cum homines ob instantem insignem mutati-  
onem, affectibus conturbati fuerint, omnino talia simula-  
cra à bestiis in aëre formata fuisse, credere potuerunt. Arti-  
ficium operâ sunt Fornices, in qvorum angulo si müssitan-  
do qvid effers, id alter in opposito angulo distinctè percipit,  
clam aliis in medio stantibus. Talia architectonicæ exempla

Vatum  
naturalis  
confititu-  
tio melan-  
cholica  
putatur.

14. 15.  
Voices be-  
stiarum in-  
usitata &  
rerum in-  
animata-  
rum mire  
dispositio.

*Dantut Montepessul. Mantua, Heidelbergæ, Haffniæ vide  
Gölniz. Itin. p. 573. adeoq; qvod natura Phantasiæ, voces occul-  
tare & manifestare possit, mirum non est. In arce Megaræ, in-  
ventus est lapis, cavernis distinctus, aut in ligno cavo situs, qui  
percussus sonum cytharæ reddidit, ut Cardanus l. 7. de lap. p.  
223. ex Pausania refert, additq; modum, quo fabricatur statua  
**Fornices**  
**& statua**  
**minabiles.**  
**Vocem su-**  
**dorem**  
**emitten-**  
**ees.**  
responsa dans, & qvolibet versatilis: Si nempe in ligno aut  
cornu, frustulum optimi magnetis hinc inde occultetur, qvod  
ferrum versatile trahat & retrahat, & aliquando volvat ad æs  
aut vitrum tali statua inditum. Verosimile est (inqvit) tali-  
bus technis Sacerdotes ignaræ plebi saepius illusiss. Huc spe-  
ctant omnia de statuis lacrimantibus, sudantibus, fontibus  
in sanguinem versis &c. nisi sint deceptiones hominum & Sa-  
cerdotum, fieri possunt etiam naturaliter, ex stellarum motu  
& calore, ob antiperistasis frigoris, aer in guttas sudorem aut  
lacrimas referentes vertitur, aqua ex mixtione rubentis arenæ  
nimiumq; calefacta, sanguine præ se fert. Sed fall. conseque-  
nti. hic fugienda, ne ex rubidine sanguine inferamus. Conti-  
git alioq. ut præ molestia animi tenuis sanguis nimio calore  
exprimatur, & hinc sanguineus sudor. Multum hoc confert  
vehementia Phantasiæ hominum inter spem & metum ver-  
santium, unde saepè lugubres voces, sonitus tubarum, guttas  
sanguineas & sudoriferas se animadvertere judicant. Vide Plu-  
tarcb. in Vita Sylla p. 455. Cardan. l. 12. de Nat. hom. p. 368. Albert.*

16. l. 2. de mineral. & de animal. c. 9. §. Planè non est rarum, quo-  
**Phantasia**  
**efficit ut**  
**res aliter**  
**appare-**  
**ant acre-**  
**vera sunt.**  
ad imaginationem & affectus, unam rem videri aliam, qvia  
multa solent mutare medium & organum sensuum; & saepè  
causas ac rerum nomina confundimus, nec animadvertisimus  
diversos effectus, fieri ab uno principio, & eosdem effectus  
à contrariis principiis. Vinum contraria operatur saepè in  
codem saepè in distinctis subjectis, Sect. 30. prob. 1. amor vehe-  
mens idem potest qvod incantatio, dum ad insaniam, mor-  
tem &c. dicit. Sic in acre varia simulacra ex motu stellarum  
& imaginationis Virtute formari evidens est, ut acies mili-  
tum, cruces, spectra. Conf. Renat. Cartes. Meteor. c. 7. §. 17.  
qui

qui addit, qvod populi otiosi, talia, prout timor & spes præpollet, deprehendant. Speciatim de miraculo Aqvilano Pomponiatus judicat; qvod habuerit causam naturalem, timidi enim (inquit) & ereduli Aqvilani fecerant Cœlestino supplicaciones pro imbribus expellendis, igitur & in Imaginativa eorum imago Cœlestini figurata & aër humidus latisq; susceptivus eandem, ob credulitatem eorum sustinere potuit &c. §. Solent verò talia prodigia, futuram in politia mutationem præcedere, ortum vel interitum Imperantium & Sapientum indicare, cum superishorum major sit cura. Card. l.u.p. 351. ut spontaneæ lassitudines, oscitationes, halices, morbum prænunciant, & hic multum Phantasia, metus, & reliqui affectus operantur; Nec omnia auguria accuratè à sapientibus observata, illusio- Omina &  
auguria à  
Phanta-  
bis, devorando pullos, solitum locum mutando; nisi alia si anima-  
causa hic dari posset, sufficeret, qvod hæc fuerint suâ naturâ lium orta.  
futurorum signa, ut vestis purpurea super hastam posita, erat us & linea  
signum, (non causa) conflictus. Phantasia tamen efficacia hu- Physiogn.  
jusmodi eventura prænunciavit, & assensum credulorum faciliè obtinuit. Paris virtutis sunt signa physiognomica & chiromantica, qva ex Phantasia & affectuum operatione, in tenero corpore primùm figurata, signa suggerunt naturalis constitutionis, & in quantum hinc vitæ humanae vicissitudines dependent. l. 2. prior. c. ult. l. 5. de gen. animal. c. 3. probl. 10. q. 24. & 49. q. 10. l. 1. hist. animal. c. 15. And. Otto in Anthropose. l. 1. Thaïsner. l. 1. Henrici Physign. Follini Speculum naturæ c. 1. Portaphysign. l. 2. Salmas. de ann. Clim. p. 48. §. Characteres, verba conjuratoria, maximè operantur ex imaginationum vitute; Precum  
efficacia  
duplex. Et licet pia preces non semper impetrant petentibus desiderata, nihilominus etiam consilio Sapientum philos. omittenda non sunt, cum uti denegatus honor sàpè intendit gloriam, ita Virtutum indeoles augetur, quando cupita non obtinemus, hæc n. ad separabilem orationum finem pertinent, inseparabilis v. precum finis, cultus DEI, semper obtinetur. Itaq; orandum,

17.

18.

19.  
Monstro-  
rum pro-  
ductio.

dum, ut DEUS nobis potentibus & non potentibus bona tri-  
buat, mala abesse sinat. Plato in *Alcibiad.* 2 p. 454. §. Simili  
modo Monstrū generantur, qvando animalia non repugnant  
principiis ad defectum & malum naturæ disponentibus, sed  
vī imaginativa, per sensus & affectus talia promovent. No-  
tabile est qvod *Georg. Buchen. l. 16. rer. Scot.* p. 145. de monstro

" Anno 1490. refert his verbis: Ubi insignis pugna maritima  
Monstrū, inter Sylvium & Bullum commissa, monstrum novi generis in  
geminō " Scotia natum, inferiore corporis parte, specie maris à com-  
corpo " muni hominum forma nihil discrepans: Supra umbilicum  
inferio- " reliquis omnibus membris geminis, ad usum & speciem dis-  
re, disci- " cretis. Curā Regis, in Musicis mirabiliter profecit, varias  
plinaru " lingvas edidicit; diversis voluntatibus, duo corpora secum  
capax. " litigabant, aliud alteri subinde placuit; Interim velut in  
" communi consultabant. Cum crura, lumbive offenderentur  
" utrumqve corpus dolorem sensit, cum verò supernè pungere-  
" tur, ad alterum tantum corpus, doloris sensus pervenit. Et  
" in morte, cum alterum corpus complures dies extinctum, su-  
" perstes dimidio sui computrescente, paulatim contabuit, vi-  
" xit id monstrum annos 28. Hæc ille, qvæ hactenus, qvod sci-  
am, à nullo Physicorum adducta; Patet verò qvod genitum  
fuerit, accedente qvādam Phantasia, qvæ gemellorum corpo-  
ra in utero matris combinavit; qvibus præcipua animæ fa-  
cultates, ut sensus communis, Phantasia & intellectus erant  
æqualiter communicatæ, exteriores verò sensus, & nutritiva  
qvodammodo diversæ ac distinctæ; & inde operationum  
discrimen. Ediderunt lac copiosum qvidam Mares in adul-  
ta ætate, ob Phantasiaz calorisq; efficaciam ut de Antonio Ben-  
zo agente annum 33. ætatis, homine pallido, rara barba, pingvi  
Fetus per 4. ann. in utero im- habitu. *Cardanus l. 12. p. 366.* refert. Anno 1559. M. Augusto, in  
agro Gardiano prope Burdegalam Giralda Fontana Timo-  
nis Traci uxor cum fœtu per quadriennium gravida, ope me-  
diorum produxit duplicatum hominem, utero exsectum, &  
post sectionem deceunium supervixit, ut *Duncanus Salmuri-*  
*ensis Medicus*, in manuscripto, qvod asservo, testatur, & addit,  
qvod

quod Phantasiae operationibus impeditus fuerit primus foetus,  
& alteri postea mirificè implicatus: quamvis aliæ causæ ac-  
cesserint. §. Vidimus Virum natione Anglum, ex cuius la-  
tere sinistro habebat dimidia ex parte corpus Fratris, gemellos  
natura eos facere destinavit, at forte vitio matris & aberran-  
tis Phantasie, partibus Fratris fuit alter foetus copulatus.  
Thomas Barthol. in Cent. i. Observat. Med. nuperrimè edita hoc  
exemplum affert, & ibidem hist. 78. de Margaretha Meiners/  
in septentrionali Hollandia Purmenti, ætat. 70. annor. testa-  
tur, quod ex Phantasia & mœroris indulgentia Cornuta, id est  
digitorum longum cornu obtinuerit. Hist. 65. quod in Italia Vir fu-  
erit sine podice ac membro virili annorum 40. qui usq; ad 24.  
ann. extiterit foemina, deinde barbatus mas factus, stercus per  
cornu ori immissum, lotium per spongiam reddiderit; Et hu-  
ius mutilationis causa fuit vis imaginativa propria, & ma-  
tris. Riolanus disq. de monstribus Lutetiae anno 1605. natis scribit,  
quod fuerint gemellæ octimestres, singulis duo capita, uni-  
cuique sua brachia, pèdes, utrisque unum cor & jecur, cæteræ  
partes naturales binæ. Ex ovo, cuius duo sunt lutea, per  
phantasiam confusa, generatur pullus quaternis pedibus &  
alis, uno capite, uti maculatae oves & aves fiunt, si varie-  
gata, dum concipiunt vel excludunt, diutius & intentius aspi-  
ciant. Cardan. l. 12. p. 570. Idem refert monstrum gemina-  
rum facierum, factum ex Phantasia, gravida matris, quæ fron-  
tem cum alterius mulieris vultu invicem combinarat; Ex aspe-  
ctu fortissimæ imaginatione, novimus, mutilos notisq; insigni-  
tos fuisse natos. Reducuntur hue varia facta eorum, qui me-  
lancholia, mania, phrenitide, incubo, picâ, furore uteri-  
no &c. discruciantur; Phantasiam iis turbatam esse omnes  
Medici & Physici statuunt, vide Job. Hier. Pulverinum in Med.  
præt. c. 4. s. 6. 12. 91. Non absimili modo generantur Herma-  
phroditi; Robertus Gagvinus refert quod anno 1478. in Cœno-  
bio Issoriensi Monachus Hermaphroditus imprægnatus sum-  
maq; diligentia asservatus, donec parturiret. Hier. Montuus  
scribit, se novisse Hermaphroditum qui muliebris sexus puta-  
batur, Vitumq; nupserat, ex quo liberos suscepit, quod tamen

20.  
Gemelle  
connati.

Mulier  
cornuta.

Vir sine  
podice.

Monstru  
biceps.

Monstru  
gem. fa-  
cierum.

Operatio-  
nes me-  
lanchol.  
&c.

Hherma-  
phroditi  
generatio.

ex ancillis Spurios generarit. Androgyna ancilla, herilem filium in lecto cubantem imprægnasse dicitur, & in pœnam viva sub terram defossa, in Scotia anno 1461. Vid. *Tulpium Observ.* p. 250. & *Nicol. Massam de Monstro Luretia.* §. Hæc prodigiosa, ex phantasia prægnantium possunt formari, reliqvis tamen causis non exclusis; ut plantas & animalia eorumq; partes in lapides conversa fuisse novimus. Corallus absq;ue dubio ex lignis & plantis in tantam duritiam paulatim concrevit. Imperator Fridericus ad Gothiæ fontem misit Chirotecam sigillatam, cujus medietas per aliquot dies fonti immersa, in lapidem concrevit, una cum Sigillo Cæsari remissa. Francof. ad Oderam rivulus manat, in quo si lignum diutius detineas, lapillis circumducitur. Ita fons Andei in templo Bacchi diversis temp. vinum & aquam; fons Beotiaæ memoriam & oblivionem, fons Italiz vitam & mortem animalibus injectis, fons Dodonaæ facibus ignem & extinctionem, fontes Badenses & Sardens. oculis salutem & noxam, communiecarunt. Sanant agros, pandunt dannantq; nefando Perjuros furto, quos tacto flumine cocant. Contigit unicuique, ut imaginationum virtus permisit. Ut in sanguinis stillicidio, quando tremulus aut suspectus homicida extincto corpori adstat; Huc referuntur pluviae sangvineæ, ranarum &c. qvas credula Phantasia advertit. Vide *Ariß. l. de mir. auscult.* de fonte ignivomo *Itin. Golnitz.* p. 436. Ita per Musicam Tarantula morsus, & unguento armatio sistellato vulnera absentium curantur. *Kircher. l. de Magn c. 35. Card. l. 9. p. 227. Bierm. de Mag. q. 2.* Quidam & animalia in lapides falsos mutantur, non quod lapides extra se habeant vera animalium lineamenta, & intra se figuram intestinorum contineant, ut *Aricens.* scribit, sed quod communem aliquam cum lapidibus materiam & naturam in elementorum qualitatibus habeant, quæ Gorgon à quibusdam appellatur, cum sit Virtus valde exsiccans & lapidifica; Ita Homines in bruta conversos fuisse putant, non moraliter, nec quod anima hominum transferit in bestiale, sed quod materia olim sub humana forma, translata fuerit in bestiam.

Vicissitudi-

Vicissitudinem mutationum videmus in Bombycibus, nasci-  
tur ex verme animal volatile. Ita Semenda & phœnix dicuntur  
renasci ex cincis. Ut ea qvæ Gellius l. 9. Noct. Att. c. 4. p. 266.  
ex libris Græcis refert; de Arimaspis, Cynocephalis &c. non  
omnino sint fabulosa. §. Referuntur ad hanc classem i. Lu-  
sus Naturæ, ut qvando folia aurea in vitibus propè Danubi- 22.  
um, in Achate simulacra Musarum & Apollinis, in Pentacrino Spectant  
qvinqve lilia, in lapide Gvil. Casanati serra, gladius, delphin, sus Natu-  
Cygnus & G. C. deprehenduntur &c. Imò sic ludit natura, ut tura.  
boves ova, & apes caput bovinum (sive horum simulacra) pro-  
ducant vide Card. l. 7. p. 211. seqq. Kircher. l. 4. Obel Pamph. Rnæ,  
de gem. c. 6. Agric. l. 10. fossil. Alex. l. 4. gen. dier. c. 9. sic planta Bor-  
rometz agnum, filix aquilam, medulla arboris Juliacenlis or-  
dinem & ornamenta militum, arbores anatiferæ, Clakis f. an-  
seres; Picuti lingva, pennam refert. &c. Vide Scalig. exercit.  
181. Lonicer. c. ult. p. 1. Herb. P. Jovium in Scot. p. 66. Mich. Picc. Orat.  
de Lus. Naturæ. 2. Ostentatio ingeniorum, qvando rerum vi-  
lissimarum encomia publicantur, ut de pedieulo Heinsius, de cæci-  
tate Puteanus, de laude Neronis Cardanus &c. aut qvando no-  
va dogmata subtiliter proponuntur, ut Agrippa ab Nettesheim  
de Vanit. Scientiarum, de occulta Philosophia, Autor l. de PræAda-  
mitis, ubi cum historia Chinensium, aliquot secula ante Adamum pro-  
toplasmum, recenset &c. 3. Subsidia ad memoriam artificialem,  
cum non tantum in historicis, sed aliis scientiis ridiculæ & va-  
riæ imagines, excogitantur. ut Schenckel. p. 89. Moth. Scerius,  
Buno in tabb. Mnemeviticiis. 4. Insomniorum mira varietas &  
operatio; potissimum enim Phantasia agitat partes & affe-  
ctus, qvando externa sensuum organa somno q. ligata sunt,  
tunc phantasmata mirè variant; Cumq; nimio impetu, & reci-  
proco motu, ad Phantasiam & sensuum organa, ob halitum  
crassum, frigidum aut calidum feruntur; qvædam animalia  
aut cum tremore, aut audaciâ surgunt, ambulant & operan-  
tur, ut de Nyctobatis sive somnambulis constat. Vide Lemn. de  
Occ. Nat. Molin. Vat. c. 26. ad 29. Somnia Phantasiæ ductum &  
constitutionem corp. naturalem seqvuntur, inde sanguineo-

2. Ingenie-  
rum.

3. Memo-  
ria.

4. Inso-  
mniorum  
mira va-  
rietas.

rum sunt amoena, melancholicorum tristia; qvibus bilis flava exundat, somniabunt rixas, incendia, pituitosis obversantur imbibies. Divinationes insomniorum, affectuum indolem, aut futurorum qvorundam præsgia referunt. Nec dubium, somnia qvædam etiam infidelium, à D E O aliquando immitti, ut de somnio uxoris Pilati, Pharaonis &c. neqve id Philosophus simpliciter negat, dum causam proximam, qvæ planè negligenda non est, affert; potuerunt somnia *Geopurpura* fuisse ex parte naturalia. Vide Arl. l. de somn. & divin. Conf. Com-ment. Hawenr. b. l. Corn. à Lapide in Ecclesiast. c. 34. & 40. p. 722. & 836. Mocen. Cont. 3. p. 3. c. 9. 13. seq. Bernb. Telefum l. 8. de Nat-ur. c. 2. Keckerm. l. 3. Synt. Ph. c. 18 & Disp. 17. q. 30. 44. seq. ad 54. Er-neft. Soneri Orat. de Insomniis 1610. habitam. D. Seidelij disp. de Somno 1611. Gryphisw. editam. §. Ulti verò *υπνοειδητος* sive somnam- bulatio & Ephialites oriuntur, ab impetu Phantasiæ, qvæ lo- comotivam ac motus organa velad insolentiores actus impel- lit, vel agendi facultates impedit, ut agant aut patientur dor- mientes (maximè supinè recubantes, ubi vapores in capite sta- gnant, arctiusq; coharent, nec liberè egrediuntur) talia, qvæ vigilantes non suscipiunt; qvia in his, phantasmatæ de rebus suscipiendis, offeruntur facultati intellectus aut delibe- rationis, ut agenda intermittendave constituant, in dormienti- bus verò motus, ad qvem Phantasia incitat, sine deliberatio- ne, in actum deducitur. Unde somnambuli agunt qvæ recte deliberantibus impossibilia atqve inepta videntur, & ab incubo infestati, patiuntur, qvæ repellerent suis rebus benè consulentes. §. Simili modo in moralibus, Phantasia, appeti- tum sensitivum moderatur magisq; dicit ad vitia; Vitiosi ac incontinentes habent se instar Noctambulorum ac ab incubo oppressorum, nisi qvod hi invitè, illi spontè contra rectam de- liberationem operentur. l. de somn. c. 3. l. 7. Eth. c. 4. & 6. Plus. de Virtute & Virtio p. 102. & de Virt. moral. p. 442. Inde superbia, ambitio, vitiosa *φιλαυγία*, Calumniæ, rixæ, invidia, odium; Imaginantur homines, eum, qvem odio habent, esse aut sim- pliciter aut erga se malum. Sympathia & antipathia anima- lium

Somnia  
divinitus  
immissa.

23.  
Compar-  
tio Vitij  
naturalis  
cum mo-  
nali, utru-  
que ex  
Phanta-  
gia.  
Cur som-  
nambuli  
min op-  
rentrur.

24.  
Omnes vi-  
tiosi Phan-  
tasia &  
Sculti.

num manifestè oritur à Phantasia contraria , qvam metus ex- Symp. &  
citat, hinc pugnant, aquilæ dracones, Cornices ululæ, parus antipa-  
& carduelis, leo gallus, elephas mures ; invidetur iis, qvorum *this* ex  
virtus & facultas crescere videtur ; plantarum, reliquarumq; Phantasia  
rerum, qvæ sensu destituuntur, dissidium ac amor appetens, declaran-  
sunt respectu nostri imaginativæ : *Conf. Plut. l. de Odio p. 537.* tur.

Omnis mundanus splendor & despectus, pro Phantasiæ vari-  
etate, magis minusq; æstimatur ; Phantasiæ sunt omnes super-  
bi ac vitiosi, dum sibi, non prudentibus, placent, stultescunt.

*Vide Er. Roter. Moriam p. 143. & 226.* Multi, qvi habentur sa-  
pientes, sunt stultiores aliis, & qvi habentur meliores, sunt  
aliis deteriores, sufficit qvod in cœlo non reperiatur malitia.  
*inquit Pomponius in Epilogi l. de Fato p. 102.* §. Excitat etiam

Phantasia in hominibus terrorem & fugam, ut tonitrua, ful- Phantasia  
mina, certos cibos, caseum, gallinas, porcellos, aut alia ani- incitat ut  
malia, feles, canes, &c. nimium reformident à prima vel in certa que-  
adulta ætate, eò qvod tali simulacro imaginativa virtus ali- dam fugi-  
qvando turbata fuerit ; *vide Engelgrave Empl. Sacr. p. 164. Th. ant & ob-*

*prob. in Phys. disp. 4.* Confert Phantasia, brutis, ut vocantur, servent  
animalibus, soleritiam Ratiocinativam, ut multa admiranda homines.  
opera efficiant. *Plat. l. de sol. animal. p. 966. & Gryll. p. 987. En-*

*gelgr. l. c. p. 286. seq.* Observantiae certarum figurarum, die- Ut bruta  
ram, verborum, gestuum, ceremoniarum, rerumq; ludicra- ratioci-  
rum, multivarias operationes inducunt, prout Phantasia fi- nentur.

dem & aptitudinem facit ; *vide Matth. Fabr. in Trip. Conc. 4. &*  
*5. Fest. Epiph. p. 219. seq. Debr. l. 2. c. 3. l. 3. c. 8. l. 4. c. 2 Majol. tom.*  
*2. dier. Canit. c. de Incant.* Contingit, qvando vehemens desiderium Phantasiæ corruptæ varia rerum simulacra sistit, ut  
imaginentur sibi, quasi Itinera Bruxerana confiant, quasi fer-  
cula, divitiae & his similia à Dracone transportentur, sic Lemures,  
statis temporibus videntur calamitatem prænunciare, ut  
in domo Brandenburgica de Alba Muliere referunt ; Coeterum  
hoc genus haut dubiè totum, est nostræ farinæ, qvibus nulla  
satietas narrationum, cum portentosa de spectris, lemuris,

Lemures  
& larve  
cur vide-  
antur.

larvis, inferis, de id genus millibus miraculorum commemo-  
rantur

*Venitven-  
ditores,  
Bructeri-  
ci, Lycan-  
thropi.*

rantur ait Erasm. Roter. in Moria p. 222. estimantur Lappi ve-  
niales habere ventos, per Catoptromantiam & Coseinoman-  
tiam inquirunt terum amissarum, furumq; vel amissorum  
imagines, quas curiosa Phantasia effingere potest; Sollicitæ  
Phantasiæ occurunt spectra mortuorum, Schemata Lycan-  
thropica, audiuntur fletus infantum in utero. Vide Wier. l. 2.  
c. 7. l. 3. c. 12. Job. Bodin. p. 182. l. 2. c. 6. Mag. Dæm. Engelgr. Embi  
Sac. p. 5. Molin. in Vate cap. 16. p. 202. §. Probabile est, miran-  
dam ingluviem circumforaneorum, qui varia insolentia in-  
gurgitant ac vicissim reddunt, ut helluo sputosi vini, fieri ob  
Phantasiæ & sensuum dispositionem, interveniente quadam  
agilitate, & usu Chymicorum humorum; vide Th. Barth. in Obs.  
hist. 9. Et Observ. 69. refert, fistulam à Nicolao Erasmo casu  
quodam Anno 1646. Haffniæ deglutitam & redditam; ac vo-  
mitum miraculosum vermium, acicularum, crinium Annæ  
Erici Norvegæ 1649. ab Aprili ad Augustum, Observ. 52. Nota  
est similis historia de Cultivoro Borusso, quam D. Beckherus pu-  
blicavit; Phantasiæ efficacia sese exeruit in hisce, ut præter  
communem ordinem operari potuerint. Ginald. Cambiensis in  
Topogr. Hybernia narrat, quod Beanus patronus istius loci putati-  
cius, ova in ultero Vetoniam tueatur, ut accedentibus appa-  
reant pulli necati, recendentibus ovorum speciem exhibeant;  
præconcepta opinio Phantasiæ credulorum ita illudit. Vide  
Matth. Fabr. Auct. Conc. 5. Pasch. p. 301. Hujus (Beani) fami-  
gerati alias inepta juventæ Patroni, non meminit Paul. Jovi-  
us in descr. Hyb. sed alia Phantasiæ spectacula adducit p. 72.  
quod halitus antri Patriiani præparet homines ad vaticinia;  
perticam ex Acrifolii planta, prope stagnum Amaracanæ de-  
fixam, fieri post aliquot menses una parte ferrum, alterâ co-  
tem: ex naufragiorum reliquiis Oceani fluctibus agitatis  
nasci aves, anatibus usu ac specie similes. §. Phantasia ex-  
orcismos singit, quibus serpentes, mures ac reliqua noxa pro-  
pellunt; Uti Mures Norwegici (Lömmers) qui aut cum nebula  
fœtida & crassa decidunt, aut in summis montibus generati  
procellis in alia loca transportantur, aut ex coitu in cuniculis

26.  
*Insolite  
ingurgi-  
tationes.*

dam ingluviem circumforaneorum, qui varia insolentia in-  
gurgitant ac vicissim reddunt, ut helluo sputosi vini, fieri ob  
Phantasiæ & sensuum dispositionem, interveniente quadam  
agilitate, & usu Chymicorum humorum; vide Th. Barth. in Obs.  
hist. 9. Et Observ. 69. refert, fistulam à Nicolao Erasmo casu  
quodam Anno 1646. Haffniæ deglutitam & redditam; ac vo-  
mitum miraculosum vermium, acicularum, crinium Annæ  
Erici Norvegæ 1649. ab Aprili ad Augustum, Observ. 52. Nota  
est similis historia de Cultivoro Borusso, quam D. Beckherus pu-  
blicavit; Phantasiæ efficacia sese exeruit in hisce, ut præter  
communem ordinem operari potuerint. Ginald. Cambiensis in  
Topogr. Hybernia narrat, quod Beanus patronus istius loci putati-  
cius, ova in ultero Vetoniam tueatur, ut accedentibus appa-  
reant pulli necati, recendentibus ovorum speciem exhibeant;  
præconcepta opinio Phantasiæ credulorum ita illudit. Vide  
Matth. Fabr. Auct. Conc. 5. Pasch. p. 301. Hujus (Beani) fami-  
gerati alias inepta juventæ Patroni, non meminit Paul. Jovi-  
us in descr. Hyb. sed alia Phantasiæ spectacula adducit p. 72.  
quod halitus antri Patriiani præparet homines ad vaticinia;  
perticam ex Acrifolii planta, prope stagnum Amaracanæ de-  
fixam, fieri post aliquot menses una parte ferrum, alterâ co-  
tem: ex naufragiorum reliquiis Oceani fluctibus agitatis

*Ova Veto-  
nia à Bea-  
no tufo-  
dita.*

*Hybernia  
miracula.*

27.  
*Exorci-  
smus Mu-  
ris Nor-  
wagici.*

nasci aves, anatibus usu ac specie similes. §. Phantasia ex-  
orcismos singit, quibus serpentes, mures ac reliqua noxa pro-  
pellunt; Uti Mures Norwegici (Lömmers) qui aut cum nebula  
fœtida & crassa decidunt, aut in summis montibus generati  
procellis in alia loca transportantur, aut ex coitu in cuniculis  
terrae

terræ proveniunt, certis ceremoniis exorcisticis fugantur. *Vide*  
de D. Olaus Worm. Hist. Norw. Muris c. 4. § 5. Tales conjura-  
tiones plurimas continet liber 4. de Oc. ph. Agrippa retegens ju-  
dicio Job. Bodini in Confut. Wierip. 421. detestabile Magiæ ve-  
nenum, omnes dæmonum invocatioes & sacrificia Satanæ ob-  
lata. Sed fortè nimis rigidè de Agrippa judicat, cum liber ille  
4. non sit indubitato Agrippa, ac ipse de suis libris confitetur: *De Magia*  
*qvod per curiosam adolescentiam in iu erraverit, & cautor, publica retratta-*  
*palinodia recantare velit: Per multum (inquit) temporis in his va-*  
*tio Agrip-*  
*nitatibus contrivi; tandem hoc profeci, qvod sciam, qribus nationibus p.*  
*oporteat alios ab hac pernitione dehortari. p. 520. Alias Bodinus d.l. Bodinus*  
*p. 432. nimis liberaliter asserit, sagas mulieres, ac gentes Borea-*  
*les non esse melancholicas; cum experientia fidem deroget. Et* negat Sa-  
*licet non omnia, certè multa opera Veteratum & gentium*  
*magicarum, ex melancholico humore ortum trahunt, ut de-*  
*ceptricem Phantasiam facile in iis animadvertisamus. Inter-*  
*dum autem sine fallaciis quædam mira cognoscimus, uti § 25.*  
*de Infantibus in utero flentibus dictum, exempla affert Sal-*  
*mäsius l. de Calculo p. 198. de foemina prope Vesalam per trien-*  
*nium grava cum foetu, qvi vagire & audiri dicitur, & de alia*  
*qva foetum infantis in utero conditi, audivit, & perterrita*  
*paulo post enixa fuerit. §. Quidam verò sibi ipsis phanta-*  
*28.*  
*smata & somnia sine somno formant, ad qvos Apocolocy-*  
*thosis Senecæ spectat, qvæ ostendit, qvod superba corda ma-*  
*gnopere spe sua excidant; exemplo Claudii, cuius cum cynthosir.*  
*Anōjewotv indies exspectaret pop. Rom., deprehendit ejus*  
*Στοκλοκιώθωσιν, qvod non in Deum, sed in Cucurbitam, o-*  
*lus fatuissimum Claudio mutatus fuerit. Vide Dan. Heinsi Dis-*  
*sert. de Sen. Apocol. pag. 5. seq. Pariter Val. Magnus Capuc. Vacuum*  
*dum Locum sine locato, corpus in vacuo motum, lumen Val. M. &*  
*nulli inhærens, oculari demonstratione 1648 proposuit, in fi-*  
*Alchimi-*  
*stula Vitrea & metallica, argento vivo & aqua repleta, beneq; starum*  
*obturata, in qua vacuum apparuisse credit, deceptus est Phan-*  
*tasia & præassumpta opinione, qvæ turgidus, voluit hoc co-*  
*natu, universam philosophiam Stagiriticam evertere ut ipse fa-*  
opus pha-  
tasticum.

1211.

tetur

etur p. 23. & 52. Ita Alchumistæ, auri potabilis confuctores,  
& qui aureos montes ex quovis metallo pollicentur, sibiq;  
gratam faciunt imposturam, donec absumptis omnibus, non  
sit, quo fornacula in struant; vide Erasmi Moriam p. 210. Dulcon.

Claveum Phil. Chym. p. 90. seq. Angel. Sala Chrysop. c. 2. §. Quæ

29. **Quando fiant prodigiosa.** verò sine fueo sunt valdè prodigiosa, sunt in ortu valdè excel-  
lentium, qui pristinas leges mutare debent, si enim lex mul-  
tum propagari debet, oportet inconsueta & stupenda fieri per  
naturam corp. cœlestium, quæ ejusmodi homines singulariter  
afficiunt, unde de iis prædicere solent ex astris anteqvam  
nascuntur, ut de Augusto. Svetonius refert, quod cum fari  
cecepisset obstrepenentes ranas silere efficaciter jusserit, similia  
de Sergio, Julio, Vespasiano, Justinus l. 23. & 44. & Plutarch.  
de Nicæa p. 539. de Sertorio p. 658. & alibi multoties ejusmodi recen-  
sent. Deus enim tanq; sapientiss. ac liberalissimus, dat  
finem & ordinata ad finem; multumq; estimationis acce-  
dit ex Phantasia hominumq; opinione novis legibus, quando  
in usitatis verbis, ac mirificis signis per legiferos confirma-  
tur. Ut verò sub uno principe vexilla, Consverudines, Sym-  
bola, Ritus, leges, grata sunt, quæ succedente alio, priori con-  
trario, abolentur, ita in humanis negotiis mira varietas, sèpè  
fit ad priora regressus, ut eadem, non numero, sed specie fieri  
deprehendantur. l. 4. Ph. c. 20. Omnipotens autem secundum provi-  
dentiam divinam hæc etiam contigisse, dicendum, neque cum

**Cur pristi- na reno- ventur.** Cicerone l. 2. de Divin. & Nat. Deor. Atheismus inducendus,  
Is enim, dicente Augustino l. 5. de C. D. c. 9. dum, exaggerando  
liberum arbitrium, homines contendit facere liberos, fecit  
illos Sacrilegos. Puto autem, inquit Pomponatius l. de Inc. c. 12.  
hoc Ciceroni contigisse, quia fuit Clarissimus Orator, minimè  
tamen Philosophus. Per calumniam, tale quid Aristotelii, qui  
de Deo ubique reverenter loquitur, tribuunt Fnn. Patritus l. 4.  
tom. 3. discuſſ. & Petr. Gassend. Exerc. 7. adv. Arist. Seneca l. de  
Provid. p. m. 699. docet: sine Dei custodia ac imperio nec uni-  
versum hoc stare, nec quicquam fieri; imprimis DEUM Opt.  
Max. patrium adversus bonos habere animum, illosq; for-  
titer

**Atheismus  
Ciceronis.**

ter amare, & exercere damnis, ut verum colligant robur &c.

Paret ex dictis, quam varia sint Phantasie opera, ut multitudine superent literarum Alphabeti transpositionem, quæ prolixior est, teste Hegia Olynthio, numero homin. olim & nunc varietas viventiū; & longè major D. Joh. Lauremb. Epig. 5. Ory Sor. Putean. compa-  
in Cryptog. c. 3. Ast Phantasie unius hominis, perse plura magisq; natura  
mirabilia operatur, in somniis phantasmata infinitis modis 1. Ana-  
sensuum organa alterant; Mocen. Instit. c. 14. & 15. l. de Som. c. 3. gramma-  
Literarum combinationes quædam articulate & significati-  
væ, quædam absconæ, sic & Phantasie operationes. Colorum 2. Speculis  
specierumq; visibilium in eodem subjecto multiplicatio, per colore  
pecula ad lumen obversa ac agitata, facile fit; Phantasie ope-  
tio magis mira celeritate variat; D. Joh. Marci l. de arcu Cœl. p.  
3. & 243. Sitalcas (statua Delphica,) ex diversa materia, oracula  
nixa ac dubia, stultis stulta, sapientibus pretiosa date videba-  
tur. Apodidrascinda, (lusus puerorum) jubet, ut rex oculis  
luis Solium occupet, quod collusores ex insidiis præoccu-  
pare student; Laurenb. Ep. 26. & 30. Ita Phantasmata suggestunt  
quæ quisque discipit; quosdam occaecant, astutiam & συνετία  
aliis largiuntur ut futura prævideant l. i. M. M. c. 35. aliis ine-  
ptam Curiositatem & nasum Antipatræ. Hec quam siat prius  
ol facit octo diebus. Quicquid agit Latium, Grecia quicquid agit.  
Plut. p. 518. & Exercit. de Curios. aut calumniæ & garrulitatis vi-  
rus, ut infamiam bonis conciliant Engelgr. de Insania Buchan.  
p. 57. Lips. de Calum. aut superstitionem, quo fontium prodigi-  
olose effectus (ut Laco Laconice fons dabant aquam salutiferam sa-  
crificantibus Cärnejo Apollini) acies in cœlo visas Engelgr. Embl.  
p. 4. & 299. Laurenb. Ep. 12. Spectra rediviva (ut Samuel Pytho-  
nissa operationibus prævenisse dicitur Corn. à Lap. in Eccl. c. 46. Molin.  
Pat. p. 153. c. 6. l. 3.) facilè advertat; aliis gulositatē aliaq; corporis  
vitia (Siphron Asterensis septem convivarum cibum facile consumpsit,  
Mulieres lascivæ inter se coēunt & se polluunt, ut Ulyssippone, v. Rod. à que clito-  
Castro l. i. c. 3. \*) Aliis impietatem, & contradicendi pruritum, ridem ex-  
suppeditant, qui sacra dogmata ex propria versutia detorquent, ut tendit.  
ob Euripi, qui ex parte Mari rubro evenit, elevant mirandum Isra-  
elit. transitū; Stationē Solis perpetuā singunt, & violant miracu-  
lum

30.

Phantasie

varietas

magisq;

natur

mirabilia

operatur

in somniis

phantasmata

infinitis

modis

1. Ana-

sensuum

organa

alterant

Mocen.

Instit.

c. 14.

& 15.

l. de

Som.

c. 3.

gramma-

Literarum

combinationes

quædam

articulatæ

& significati-

tismo.

væ,

quædam

absconæ

sic & Phantasie

operations.

Colorum

2. Speculis

specierumq;

visibilium

in eodem

subjecto

multiplicatio,

per

colorem

pecula

ad lumen

obversa

ac agitata,

facile fit;

Phantasie

ope-

ratio

magis

mira

celeritate

variat;

D. Joh.

Marci

l. de

arcu

Cœl.

p.

bus.

varianti-

bus.

3. Statue

Delphb.

3. Statue

Lindo pue-

rili.

Phant. ex-

hibet Phsy-

chagogiā;

Mormoly-

neria;

Du-

sos;

Vete-

rinarios,

astutos,

credulos,

impios &c

\* Hoc ori-

tur (in-

Pat. p. 153. c. 6. l. 3.) facilè advertat; aliis gulositatē aliaq; corporis  
vitia (Siphron Asterensis septem convivarum cibum facile consumpsit,  
Mulieres lascivæ inter se coēunt & se polluunt, ut Ulyssippone, v. Rod. à que clito-  
Castro l. i. c. 3. \*) Aliis impietatem, & contradicendi pruritum, ridem ex-  
suppeditant, qui sacra dogmata ex propria versutia detorquent, ut tendit.  
ob Euripi, qui ex parte Mari rubro evenit, elevant mirandum Isra-  
elit. transitū; Stationē Solis perpetuā singunt, & violant miracu-  
lum

31.



Miracula lum temp. Josue; Roterod. Chil. 2. cent. 3. adag. 45. præcipuum  
Scr. S. ex argument. ex Platonis Theat. p. 113. quiete corrupti universa,  
divina vir motu conservari, vocat colophonem.\* Nos Colophonem huic  
zute. tractationi imposituri, in iis, quæ adducta sunt de miraculis, ni-  
\* Harveus hil quicquam de sacris, attingimus, ut quæ divinitus facta, glo-  
eleganter riam detrahentes infinitæ Majestati, aliter explicaremus.  
docet ex- Qvin, juxta Plat. Epist. 6. p. 1276. Si Rectè philosophemur, co-  
erc. de ani- gnosceremus apertè DEUM. † Ne verò quod dextra manu da-  
mal. p. 385. tum, sinistrâ suscipiatur, Plat. Epist. 2. p. 1270. (inquit) Ca-  
quomodo ve ne excidant hæc in aures hominum Erudi-  
mens, tionis candorisq; expertum. &c.  
imago, VERITATE DIGNUS non est QUI EI PRÆFERT LAUDEM VEL LUCRUM  
opinio, FALLAK SPES (RES) HOMINUM, quamvis splendida, FIDE DEO

Ad Præstantissimum DN. Respondentem.

**D**emonstras rerum sacrarum jura resolvis  
Jura Magistratus, phasmata monstra, doces.  
Sit felix! pietate DEO studiisq; probato  
Te Ingenuum: DOMINO fide, beatus eris.  
Celerrime inter occupat.  
AUGUSTUS VARENIUS, S.S. Th. D. Hebr. & Cate-  
ches. Christ. P. P. Univers. Rost. h. t. Rector.

**D**RALLI, Sectator Sophiæ, pariterq; piarum.  
Cultor lingvarum non sine laude sagax:  
Paucis, si satis est, mentem contestor, & omnes  
Famæ thesauros tollere TE jubeo!  
Cum Benedictione scr.  
B. GOSMAN, P. P.

**D**RALLI, per Sophiæ campos spatiaris, & altum  
Exeris Ingenij robur, Amice, tui.  
Fama diurnabit, memorij sacrabitur aeo,  
Eusebie Sophiæ digna brabea feras.  
Gloria Cecropie DRALLI perfecta Minerva  
Opto, feras animo vota cupita tuo.

PRÆSES Disputationis.

Legat B. L. §. 1. Politicæ. §. 3. mode-  
rari. §. 4. spectatam. §. 10. amove-  
atur. §. 20. Viroq; §. 30. Psychag. rel. qvai se corrigat.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730138534/phys\\_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730138534/phys_0039)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
rosdok/ppn730138534/phys\\_0040](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730138534/phys_0040)

**DFG**

terra proveniunt, certis ceremoniis ex  
 de D. Olavie Worm. Hist. Norw. Muris c.  
 tiones plurimas continet liber 4. de Oc-  
 dicio Job. Bodini in Confut. Wierip. 421  
 nenum, omnes dæmonum invocatioes  
 lata. Sed forte nimis rigidè de Agrippa  
 4. non sit indubitatò Agrippæ, ac ipse d.  
 quod per curiosam adolescentiam in iis ern-  
 palinodia recantare velit: Permuletum (in  
 nitatibus contrivi; tandem hoc profeci, quo  
 oporteat alios ab hac pernitie debortari. p.  
 p. 432. nimis liberaliter asserit, sagas mi-  
 les non esse melancholicas; cum exper-  
 licet non omnia, certè multa opera  
 magicarum, ex melancholico humore  
 ceptricem Phantasiam facilè in iis an-  
 dum autem sine fallaciis qvædam mira  
 de Infantibus in utero flentibus dicta  
 masius l. de Calculo p. 198. de foemina pi-  
 nium gravida cum foetu, qvi vagire &  
 qvæ foetus infantis in utero condit  
 paulo post enixa fuerit. §. Quidam  
 smata & somnia sine somno formantur  
 thosis Senecæ spectat, qvæ ostendit, q  
 gnopere spe sua excidant; exempli  
 Amoræ in indies exspectaret pop. I  
 Δασκολονιθωσην, qvod non in Deum  
 lus fatuissimum Claudio mutatus fu-  
 fert. de Sen. Apocol. pag. 5. seq. Par-  
 dum Locum sine locato, corpus in  
 nulli inhærens, oculari demonstratio  
 Rula Vitrea & metallica, argento vivi  
 obturata, in qua vacuum apparuisse c  
 tasia & præassumpta opinione, qvæ t  
 natu, universam philosophiam Stagirite

1212




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [redacted]

Patch Reference numbers on UTR



the scale towards document

intur. Viz.  
 conjura-  
 regens ju-  
 lagia ve-  
 itanæ ob-  
 liber ille  
 insitetur: De Magia  
 or, publica reratia-  
 in his va- tio Agrip-  
 nationibus p.e.  
 dinus d.l. Bodinus  
 es Borea negat Sa-  
 eroget. Et gas me-  
 gentium lanholi-  
 at, ut de cas.  
 . Inter-  
 , uti § 25.  
 affert Sal-  
 per trien-  
 , & de alia  
 perterrita  
 is phanta- 28.  
 ocolocyn- Seneca  
 corda ma- Apocolo-  
 rujus cum cymbosis  
 endit ejus  
 rbitam, o-  
 Heinri Dis-  
 rus Capuc. Vacuum  
 n, lumen Val. M. S  
 osuit, in fi- Alchimi-  
 ta, beneq; starum  
 is est Phan opus pha-  
 it hoc co- taisticum,  
 eut ipse fa- tetur